Dnotorium ex actis resultans , non solum per partem non debet probari, sed nec allegari, vt tradit Ange. in l. si ff. de pet. hær. cum concor. vt scribunt Alex. in l. i. C. vt que defunt aduoc. & Fely. in c. cùm ordinem. col. 9. de re script. & Deci. in l. cùm quid. ff. si cert. peta. Et tali casu limitatus. & declaratur dictum commune glo. in cle. appellant. de apppel. & Bart. in l. si adulterium cum incestu. §. idem Pollicini. ff. de adult. videlicet, quod licet notorium non debet probari, debet tamen allegari. Nam non procedit, quando notorium resultat ex actis, vt predicti doctores dicunt. Et ita etiam in punto limitat Deci. in l. lecta. in 9. col. ff. si cer. pet. Licet in hoc contrarium teneat Rota, in nouit. de appell. decis. 2. in addition. Sed ex dictis ibidem posse solui eius decisio. Ad propositum ergo redeundo, ex actis apparent, possessorem annalem conuentum allegasse pro defensione sua, priuilegium istius regulæ, em producendo, licet formaliter contra partem non opponere iudex tamen repellere poterit agentem, obstante regula in actis producta. Et ita tota ista materia intelligi debet.

Q VAE S T I O Q V I N T A .

QVÆR O , quid si in prima instantia non fuit oppositum de ista regula, sed opponitur in secunda, vel annullabitur imperatio , & acta facta in prima instantia, in qua tunc non fuit oppositum?

S O L V T I O . Iste casus punctualiter contigit, & fuit decisus in Rota de anno M. D. X VI. coram D. Quiliel. C. siodoro in vna causa Vilnen. canonisticus, & praebend. n. ipse idem in memorialibus suis decisionum meminit. Et tunc Rota conclusit posse in secunda & tertia instantia de ista regula opponi: quia per huiusmodi exceptionem regulæ, non solum imperatio facta, sed omnia acta prima vel secundæ instantiæ, virtute decreti regulæ, nulla ipso esse esse decernuntur. Talis enim regulæ exceptio operari effectum retro annullatiuum, & in futurum impedire. Ratio istius decisionis fuit, quia exceptio istius regulæ est peremptoria, quæ potest quandocunq; opponi. l. peremptoria. C. sent. rescin. non pos. Et ideo opposita in secunda instantia operatur eundem effectum, quo ad acta precedentia, quæ operaretur, si in eadem instantia opponeretur. Et hoc ideo, quia per appellationem, quæ rescribitur.

artem non
in l.s. ff. de
ut que de-
rescript. &
imitaruntur.
anti. de ap-
em Pollio.
on debet
edit, quan-
ores dicit.
n 9. col. s.
z, in noui-
bidempo-
deundo, si
mentum alle-
gula, en-
a opposi-
ante regu-
igi debet
fuit oppo-
unda, vel
a in prima
, & fuit do-
Juliel. Co-
rabend. n
eminim. En
instantia de
acta primi
alla ipso se
o operari
pedimenta
regularer.
i. i. perem-
a in lecme
d acta por-
a opponere
ux refuta-
da

dit iudicatum, causa reponitur, & reducitur in eo statu, in A quo erat ante sententiam, vt videlicet, omnia in ea fieri posint, qua poterant post litem cōtestatam in prima instantia, ut declarat Bart. in l. ita demum. C. de procurat. & Abb. in c. i. de except. in 2. colum. & in c. pastoralis. eo. titu. Poterunt igitur exceptio istius regulæ peremptoria, & omnia alia incumbentia ad causam, deduci in causa appellatio[n]is, qua non fuerunt deducta in principali: vt in l. per inc. C. de tempo. appel. & l. scio. ff. de app. & c. cūm Ioan. fide instru. & c. fraternitatis. de test. cum aliis concord. adiunctis per gl. in c. constitutis, & in cap. cūm causam. de appella. Nam exceptio, qua actionem propositam respicit, si deducatur in secunda instantia, non dicitur noua, sed dependens ex veteribus causis. Tamen huic decisioni sem. B per contradixit Dominus Mercurius de Vipera, tunc decanus Rotæ, motus dicto Alexand. in authen. iubemus. C. de iudicium sequitur Fely. in ca. i. in septima col. de re iudi. Vbi dicunt, quod quanvis post terminum ad probandum possint allegari iura: vt per Bar. & Bald. in d. authen. iubemus, non tamen potest allegari extrauagans, sed est alleganda, producenda, & probanda in termino, quemadmodum consuetudo non notoria, quā non potest iudex supplete, nec allegare, cūm eam probabiliter ignoret, vt in c. pastoralis. de fi. instru. Ex quib. inferebat Dominus Mercurius, quod non poterat in secunda instantia excipi de ista regulævel si exciperetur de ea, quod nō reuocaretur acta prime instantiæ, nisi ex nouiter deductis. Pro quo facit de- C of. Egidij 490. maximè, quia regulæ istæ Cancellariæ, quo ad istum effectum, vt non ligent ante productionem, dicuntur cōstitutiones speciales, vt dicit Pet. de Anch. consi. Et ideo nō ligat manū iudicis, nisi producatur: & per consequens acta, & sententia primæ instantiæ contra reglam non productam debuissent valere.

Tamen istis non obstantibus, Rota tenuit, quod superius dictum est. Quæ decisio non solum procedit, quando opponitur de regula in secunda instantia causæ principia, sed etiam si opponatur de regula in causa restitutionis in integrum, aduersus sententiam latam contra possessore[m] agnalem: vt iudicauit Rota in vna Tuden. coram me de mense Februario M. D. XXXIIII. Et hoc idem dixerunt

HH iij



LUDOVIC. GOMES IN REG.

D Domini in eadem causa de regula 29. de commissionibus causarum factis , literis non expeditis , vt videlicet possit opponi de illa regula . & excipi in causa restitutions per predictas rationes . Et idem dixerunt Domini in vna Massiliensis canoniciatus & præben. coram hie de mese Decembri, M. D. XXXV. in qua oppositum fuit de ista regula annali per condemnatum in termino sententia deductoriæ ferendæ contra ipsum , cui fuerant intimatae extoritiales , & voluerunt sententiam retro esse nullam .

Et ad dictum Alex. allegatum per Mercur. in d. auth. bemos. responderūt Domini , q̄ loquitur in termino probatorio vnius instantiæ , non autem loquitur in diversa instantia , vt est causa appellationis : quia dictum illius no-

E eset verum propter doctrinas predictas . Vel dictū Alex. procedit , vbi constaret de malitia possessoris , nolens prima instantia opponere , ad effectum magis grandis partem in expensis , & annullatione actorum . Q̄o dictum doctrina Bart. in d.l. ita demum . & Abb. in d.c. de cœcum aliis allegatis , non procederent : vt notabiliter probat And. Sicul. in consl. 35. incip. in minimis . in 2. collab. & Fely. in cap. ad audientiam . et 2. de re script.

Et ita omnia procedunt , et si annalis possessor , q̄ regula excipit , fuisset condonatus per primam sententiam , quæ transiuit in rem iudicatam , & decretum contraria fuisset brachium seculare , & violasset sequestrum . Non non obstante tali violatione , posset exceptione illius

F iuuari , eti per violationem predicti sequestri perdidi- ius in beneficio . Ita concludit ho die Rota , quæ est prima Iulij , M. D. XXXVII. in vna Nullius Abbatici consilii . D. Io. Paulo Ptolomæo . Ratio decisionis fuit , quia illa regula annullat impetracionem factam , & nde secura est cuncte . & sic annullat ipsam sententiam , & secura est sententia , id est , sequestrum , quod est sequela sententia . q̄ violatio sequestri non impedit exceptionem illegali . Est bene verum , q̄ licet nullum esset sequestrum propter decretum istius regulæ : tamen violans illud punitur quia iure suo est priuatus , vt dicit deci. 2. de seq. poss. in antiquiori . & ideo pars viætrix , contra quam datur illa regula , poterit nouiter impetrare dictum beneficium casus pretextu huius violationis . Et ita in eadē causā tecum Rota

Rota die 16. Nouembris M. D. XXXIX. coram eodem Dō. A
Ioan. Paulo.

QVÆSTIO SEXTA.

VAERO, nunquid ista regula super dispositis in ea,
inducat, seu, contineat formam?

SOLVTIO. Ista quæstio deseruit ad multa, quæ
in sequentibus questionibus dicenda occurunt. Et ideo
ne disputatione dicas, q̄ sic. quod multis modis p̄batur.
Primo, quia ista regula inducit nullitatē actus. Vbi cun-
tagitur aliqua cōstitutio procedit, irritando actum, illa
cōstitutio dicitur continere formam, vt est bonus text. in
cap. li capitulo. de conceſ. præbē. lib. 6. iunctō c. dilectus. 2.
de præbē. & tradit Bald. & Moderni omnes in l. j. ff. de li-
be. & polth. & est glo. in l. fin. C. de ven. re. ciuil. lib. xi. Fa-
c̄t. text. in c. quia propter. de elec. & in ca. Pisanis. de resti. B
spoliat. cum concord. vt scribit Alexand. in d. l. j. & in l. hac
conditissima. C. qui testa. face. pos. & Ias. in l. nō dubium.
in. colum. C. de legib. & ante ipsos Roma. consil. 66.

Secundō, quia ista regula imponit penā pecuniariam.
Vbi talis pena apponitur, dato, quod de annulatione
actus nihil dicatur, forma inducit. vt dicit Bald. in auth.
qui semel. in antepen. colum. C. quomo. & quando iud. &
tradit Bart. & omnes Moder. in l. prætor. §. j. ff. de ope. no-
nū. & est gl. in verbo. tertiam. & ibi notat Bald. in ca. j. de
mali. rafal. qui contu. est. & glos. in verb. tertio. in clemen. j.
de n. & hone. cler. notat Ioan. And. in cap. ex tūx. de cleri-
noa. celi. & Anto. de But. in cap. præterea. de dilatio.

Tertiō, quia ista regula tradit tres solenitates, quæ non
sunt inducta à iure communi. Ergo ex hoc datur intelligi,
quod contineat formam, iuxta tradita per Pet. de Anch. in
consil. 35. Visa quadam. & idem in consil. 6. incipien. Viso
themat. in secunda colum. & concord. Signorel. in consil.
36. in processu. in secunda columna.

Quartō, quia ista regula dat impetrati modū proceden-
tia. Ergo inducit formam, vt in cap. qualiter. cl. 2. & ibi Fe-
nix. de accusa. & Ias. in l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pupil. & so-
lo allegari text. in cap. quia propter. de electione.

Quintō, quia regula ista apponit tēpus faciendi actum,
quo casu per hoc inducit formam: vt dicunt Bal. & Saly. in
auth. quæ supplicatio. per illum textum. C. de preci. Imper.

Doffer. Licet huic dicto videatur aduersari Alexander in lib. princ. C. de iudic. tamen concordari possunt dicta corum, ex iis, quæ tradit Abb. in consil. 92. statuto. in f. lib. 1.

Vltimò hic videtur inducta forma, ex eo, quia dispositio istius regulæ non solum concernit interesse priuarum, sed commodum & bonum publicum, ut patet ex proemio, & ex pœna applicanda fisco. quo casu forma dicitur inde, adeò quod consensus partium nihil operatur, ut in locutorum. C. de pact. & probatur assumptum in l. tertia. f. de re militari. Ex quibus omnibus appetet resolutio ita questionis, quæ potest esse utilis ad multa.

QVÆSTIO SEPTIMA.

E **Q** VAE R O, præsupposito quod ista regula inducitur main, utrum possessores annales, in quo rum fauori inducta est regula, possint eius fauori renuntiatione SOLVTIO. Quidam antiqui tenuerunt quod sic, vñfert Ioan. Aloïsius Tuscanus Mediolanensis, olim adatus eximius, in primo volumine consiliorum. fol. 17.

Tamen pro vera intelligentia istius quæstiv, ego considero duos casus. Primus est, in tacita renuntiatione, quæ resultat ex omissione exceptionis istius regulæ, possessorum competentis contra impletantem: & ista renuntiatione ta ta potest fieri dupliciter. Aut non producendo regulam, vel eam producendo, & probationes annalis possessorum omittendo. Nam non sufficit, quod possessor excipiat de regula in actis, nisi probet se fuisse possessorem annalem. F ut ei cōpetat exceptio. Neq; etiam sufficit per testes probare, se esse annalem possessorem, nisi etiā regula in alia producatur & allegetur. Itaq; paria sunt, vel non producere regulam, & non probare possessionem annalem. Illa igitur casibus tacitè potest possessor fauori suo renuntiatione, sicut de iuramento calumniæ dicitur in cap. 1. de iura. libr. 6. Et ideo sententia lata contra possessorem annalem non opponentem de regula, vel non probantem se esse annalem possessorem, valeret, iuxta ea quæ dicit F. cap. 1. de re iudic. & dixi superius in alia quæst.

Secundus casus est in expressa renuntiatione: & ista expressa renuntiatione potest etiam fieri dupliciter, videlicet ante productionem istius regulæ, vel post. & utroque casu esset dubium, si valeret renuntiatione expressa. Et posito quod

fe, sunquid possit postea iudex possessorem probare vo- A
lentem repellere à probatione facienda super annali pos-
sessione, sub prætextu, quia renuntiavit? & quid si post fa-
cere renuntiationē de nō vtendo regula producta, possessor
renuntiās probet se annalē, qua probatione vti nō potest
fite renuntiationē: an tali casu iudex ex officio possit re-
pellere ipsum impetrantē? videamus igitur de omnib. istis.

Circa primum est aduertendum, quod duæ sunt partes
regulæ principales. Prima, quæ durat usque ibi. Et si posses-
sorem ipsum, &c. Et ista pars concernit interesse priuatū
partis. Et ita in illa prima parte ponuntur tres pœnæ intro-
ductæ in fauorem ipsorum possessoriū. Et puto, quod quo
ad illas poenas, antequam impetrans inciderit in secundā
partem, quod possessores possint renuntiare, argument. B

cap. statutum. §. in nullo. de rescrip. lib. 6. & l. filio. ff. de in-
iusto rup. & l. penul. C. de pact. Et hoc casu puto, quod si
de tali renuntiatione regulæ constaret in actis, quod iu-
dex possit repellere possessorem à probando annalem
possessionem, obstante renuntiatione, quia iudex potest
repellere actum frustratorium, ut l. vbi pactum. C. de trās-
act. & dixi superius in quarta quest.

Sed quo ad secundam partem regulæ, videlicet quando
impetrans per euentū litis inuentus fuit calumniosus mo-
leitor, qui ob eam causam in alias tres diuersas pœnas
hic impositas incidit: tali casu, quia dictæ pœnæ concer-
nunt cōmodum & interesse publicum, possessor non pos-
sedit regulæ renuntiare: vt in d. §. in nullo. De quo tamen C
latè dixerunt Moderni in tract. de forma. c. quis possit da-
re & tollere formam. fol. 18. colum. 3. & in cap. de potentia
formæ. fol. 61. in 3. colum. Et isto secundo casu, si iudici ex
probationibus & actis constaret, nullum ipsi impetranti
ius competere, sed iniuste & friuolè possessorem ipsum an-
nale molestasse, licet possessor renuntiauerit vti exceptio-
& regulæ iam in actis productæ, ex quo tamen publicè
nugereit calumniosos & iniustos litigantes repellere, vt in
d. i. de re iud. possit iudex impetrantem ipsum punire,
iuxta notata per Innoc. in c. i. de offic. vic. & Bald. in l. i. C.
quo. & quando iud. in f. & in l. 2. §. sed quia. C. de iur. cal.
& not. Bart. in l. athletas §. calumniator. ff. de his, qui not.
iusta, & dixi aliquid suprà q. 4. Et quod possit iudex of-

L V D O V I C . G O M E S I N R E G ,

D ficio suo, eo casu, quo sibi constat de annali possessor, improbos impetrantes repellere, videtur sentire Banum simili in l. properandum, in princip. verific. sed vidi. C. de rebus. Sequuntur Moderni. Altens. in repet. clem. saepe. in 17. col. de verb. sig. facit bene text. in c. nonnulli. in princ. & cap. fi. de rescript. Stat ergo conclusio, quod post probatam annalem possessionem & regulam productam, non possunt partes tacite vel expressè huius regulæ renuntiare. Ratio generalis est, quia ex quo ista reg. est edita ad tollendas & puniendas calumniosas lites, per hoc dicitur concernere principaliter utilitatem publicam, & ideo renuntiari non potest, ut in terminis dicit Bar. in d.l. properandum, & Barba. consil. 56. in 8. & 9. col. lib. 2. considerato textu illius l. & sequ-

E tur Decius in c. de causis. col. 2. de offic. deleg. Et ita hodie vigesima Nouembris M. D. XXXVI. in simili casu concenserunt Domini in una Rom. pecuniaria, coram R. D. Ioan. Paulo Ptolomaeo, pro Francisco Flores, contra Andream de Nouaria: volentes Franciscum Flores non posse renuntiare regulæ, de non appellando ante definituam sententiam. Ex quo in proclamatio illius regulæ papa exordiuit se illam constitutionem fecisse, ut litibus fine imponeret quae verba secundum Rotam videntur iuridica, & principalem interest publicum concernere, cui per dictum Franciscum, contra quem erat producta, renuntiari non potuit.

Q V A E S T I O O C T A V A .

F V A E R O, quæ est ratio, quare regula ista annalis defendit possessorem, etiam absq; titulo, & triennali regula non defendit, nisi habentem saltem coloratum titulum? Cuius tamen contrarium videbatur dicendum. Nam ex quo est annalis possessio, & modici temporis magis in ea videbatur requiri titulus bonus, saltē colorans, quam in triennali, ut sic modicitas temporis per admissum tituli suppleretur. Non ita in triennali possessione, ratione longioris temporis, sine aliquo titulo magis defeneri posset, quæ igitur est ratio tantæ diuersitatis?

S O L V T I O . Regula ista annalis fauet possessorib. & inducta in odium impetrantium, ut ex eius principio apparet. Et ita Rota interpretatione logæua tenuit. Triennali vero regula non fauet principaliter possessorib. properantes, qui titulum requirunt. Sed adhuc reincidimus in idem, quare mo-

gī annalis regula faueat possessoribus quām triennalis. A
cum deberet esse contrariū, vt plus possidens plus habe-
re favoris: prēsertim cū annalis exceptio sit odiosa respe-
ctu cōspientis possessoris, vt patet in l.i.C.de anna.except.

Respōdeo, data paritate possessionis sine titulo, magis
fuerūdū fuit annali, quām triennali: quia ille minus de-
linquit percipiēdo fructus sine titulo. At triennalis ex hoc
gūmoren causam sibi constituit ex perseuerātia longio-
nē temporis. Quia tantō grauiora sunt peccata, quanto
autem infelicem animam detinent alligatā. c.f. de cōsue.
tione necessarius fuit titulus. Sed hoc non releuat, quia
etiam annalis possessor sine titulo non deberet per annū,
nece per mensē in peccato tolerari. Et ideo qua ratione
titulum in triennali exigimus, in annali saltem coloratum B
engere debemus. Et odium impetrantium non debet esse
tum, vt detentorem annalem cum peccato defendet.

Quid igitur causa fuit tam diuersi instituti & contraria
dispositionis? Respondeo, quod diuersitas est in hoc, quia
annali possessor nō fauet regula propter se principaliter,
sed propter negligentiam impetrat. Nam aliás non da-
negligentia impetrantis, annalis possessio nullū fau-
tem tribuit possessori, cū in potestate cuiuslibet sit, im-
petrare quando vult, & seruare contenta in ista regula: &
seruando ea, tunc annalis possesso non iuuat possiden-
tem sine titulo, quominus cōdemnetur impetranti in fru-
ctibus & expensis, cum adiudicatione beneficij. Vbi verò
impetrat negligit ea seruare, quæ hic cōtinentur, ipse sibi C
nocet, & cauāt damni dat, vt dicitur in l.Imperatores. ff.
de iure sif. & tali casu punitur, vt molestator. Non igitur ex
hoc acquiritur annali possessori aliquod ius seu priuile-
gium, nisi q̄ regula punit impetrantem negligentem. Per
hoc tamen non excluditur alius, & alius impetrans, quin
seruata regula posuit annalem possessorē cōuenire, & ra-
tionem sua iniulta possessionis querere. Nam vnius non
seruantis regulam ignavia, & negligētia nō nocet alteri
impetranti regulam. Itaq; ad ultimū annalis pos-
sessor, si non habet titulum, luet p̄cenas, succumbet, & ex-
cadet. Sed in reg. de triennali alia ratio concurrit: quia
illa regula suspendit gratiā factam, & etiam nouiter impe-
trantes post trienniū includit, & triennale possessorē tāto

Dtempore vitę suę defendit, ac tuerit, adeo q̄ uno exibito
alius impetrans non admittitur, sed omnes pariter trien-
nali posseſſore excluduntur. Itaq; triennalis posseſſor, hoc
medio securus viuit, & sine molestia fruitur. Sed in ista re-
gula de annali, omnia ista cessant, quia tantum annulat
gratiam non feruantis regulam, non alterius; triennalis ve-
rō omnium etiam non negligentium gratias suspendit.

Posset tamen & alia facilior ratio differētia inter vna-
que regulas assignari. Nam in ista regula de annali id
nō requiritur titulus, sed sola posseſſio, ex eo, quia regu-
lum nullat ipso iure gratiam impetrantis, non feruantis
regulam, & reducit titulum ad non titulum, propter odii
quod habet contra impetrantem certo modo beneficium.

Evientis annalis posseſſoris. Itaq; cū impetrans repete-
tur medio exceptionis istius regulæ exclusus, & nudus,
propter annulationem tituli, quæ inducit propter co-
cretum irritans regulę, æquū erat posseſſorem, etiam nullum
titulum habentem & nihil adhuc probantem in pia
causa absolui debere, iuxta c. f. de iure iur. & l. fin. C. de
rei vend. quia in pari causa deficients tituli posseſſori de-
bemus magis quam actori fauere, vt dicit tex. in c. in part.
de reg. iur. li. 6. Sed in regula, de triennali, Papa nō annul-
lat ipso iure, sed tantum impetratione suspendit: licet pos-
ſessori triennali exceptione regulæ contra omnes impo-
trantes perpetuo tribuat: nō tamen, vi dixi, annulari titu-
lum impetrantiū. Et quia iniquum videbatur, q; triennali

Fposseſſor sine titulo ſalte colorato acquireret exceptio-
tantे virtutis contra habentem bonum, ideo Papa refutat
q; in dicta regula de triennali, requireretur titulus ſaltem
coloratus, vel preſumptus. Qui quidem titulus coloratus
vnā cum triennali posſeſſione in poenā negligentie, ipſius
impetrantis titulum, licet bonum, obumbraret ac ſuper-
deret. In regula igitur de triennali post exceptionem titu-
lus impetrantis bonus remanet, quanvis ope exceptum
ad vitam tantum triennalis posseſſoris suspendatur.

Sed ulterius queritur, quare magis Papa in ista regula
de annali impetratis gratiam annulare voluit, qui inco-
gula de triennali? Ratio est, quia in regula de annali
imposta forma impetranti: quam si nō feruat, preſumitur
improbus moleſtator, & ob eā causam gratia annulatur.

Sed in regula de triennali nō datur aliqua forma, sed ap- **A**
 ponitur tēpus actioni. Vnde si aliquis est negligens in nō
 agendo infra triennium, sibi debet imputari, si eius gratia
 obfuscatur, & suspēditur in pœnā suā negligentiae. Dam-
 dum igitur quod quis sua culpa sentit, sibi debet imputa-
 remūt c. damnū de re iudi. l. 6. Nec lex imposuit sibi hāc
 pœnā, sed ipse met sibi ex negligentia sua eam incurrit. Et
 quia illa negligentia nō est dolosa, sicut illa, quā hic incur-
 et impetrans reg. istam de annali non seruādo: ideo istius
 gratia tanquam de doloso ipso iure annullatur. Illa verò
 edetur tantum, non quia lex voluit ibi punire auctorē, sed
 quia actor ita voluit, cūm esset in facultate sua nolle ex-
 cludi. Et ista sine dicta disputationis gratia: si quis tamen
 meliorē rationē differētię inueniat, ea in mediū proferat. **B**

Q Y A E S T I O N O N A.

V A E R I T V R, nunquid regula ista debeat seruari
 extra Curiam coram legato vel ordinario?

S O L V T I O. Considerādo rationem istius regule
 probibentis molestari possessores annales, certè videtur
 tenendum, regulam ligare omnes etiam extra Curiam,
 quia hoc dictum sit speciale: vbi tanen ratio est generalis,
 acceditur ratio, & non dictum: vulg. l. regula. ff. de iur. &
 fac. igno. Et hac ratione Rota sāpe tenuit, regulam de in-
 fames resignatiibus, habere locum extra Curiam, vt ibi di-
 minuit. Suadetur hoc etiā ex verbis procēmij huius re-
 gulae, vbi improbi motus perquirētūm lites repriman-
 tur, &c. Nam ista ratio procēmij, quā finalis est, militat **C**
 tam in curia, quam extra: quia vtrobiq; improbi litigantiū
 motus deprehenduntur. Et istud odiū improbitatis, quod
 non aliunde prouenit, quam ex huiusmodi impetrationi-
 bus factis contra viuentem possessorem annalem, militat
 tam in impetrationibus, quā fiunt à Papa, quam à legato,
 vel ordinario extra curiam. Ergo debet fieri pariformis &
 qualis interpretatio. Nam vt fraudes euitentur, & lites
 tolleantur, regulæ vel leges, quę alias essent restrin-
 ge, latē interpretari debent, vt vtiq; locum habeant,
 vñ dicit Deci. de alia regula Cancellarię loquens, in consi-
 ges. in fin. Et ibi refert sic fuisse iudicatum in Parlamento
 Francie. Postremò facit, quia in prouisione ordinaria, &
 legans etiam proprio motu factis, requiritur mentio co-

Dolorata possessionis alterius, ut tenet Abb. & communio
Doct. in c. cum nostris. de conceſ. p. & b. Sequitur feliſa
c. in noſtra. in 29. corrol. de reſcrip. Lapus alleg. 10. Et non
ſolum in talibus impetrationibus requirit mentio co-
lorata, ſed etiam poſſeſſionis de facto, ut tenet lo. Ant.
& Ant. in c. penult. per illum tex. de p. & b. in c. literis de
conceſ. p. & b. Sed poſſeſſio annalis, aut eſt in dubio colo-
rata, ut voluit Fely. in d. c. in noſtra. in 36. corrol. & habemus
intentum: aut eſt nuda poſſeſſio facti, & idem eſt di-
cendum, videlicet, q̄ debet de ea fieri mentio: & qui ei
detentione poſſeſſio arguitur: ut in c. 2. vt lit. pend. m. 10.
Ias. in §. ſic itaq;. nu. 30. Inſti. de a. Et quo ad iſtum ca-
ſum iſta regula habere videtur concuſſum iuriſ communis

E Prædictis tamen non obſtantibus, contraria opinio v-
detur verior & communior. pro qua adducitur argumen-
tum efficax: quia ratio quare præten di potest iſtam regu-
lam magis curiales, quam exteros ligare, videtur eſſe, q̄
impetranti à Papa eſt imputandum, & ad malitiam, & ab
lum referendū, ſi non obſeruat regulas ibi vigentes. Nam
ex quo ibi publicantur à curialibus, ſcri & perquon-
bent: arg. c. 1. de poſtu. p. & b. Sicut de extrauagati ibi nota
euius ignorantia neminem excusat, tradunt Fely. & Alii
in c. 1. de re iud. & in c. pastoralis. de fi. instru. Sed iſta ram
eſſat extra curiam. Nam cum in curiis ordinariorum
legatorum raro huiusmodi regulæ ventilentur, neq̄ po-
blentur, poſſunt probabilitate ignorari, iuxta text. in
de conſti. li. 6. Et ideo impetrantes ab ordinario, non fe-
uata iſta regula, debent excusari. Alias videretur nimis do-
rum, & iniuria plenum, quod iuſte ignorantes, & in pa-
bus remorifimis habitantes, quia non didicerunt regu-
las Cancellariae, punirentur tam grauibus & acerbis po-
nis hinc designatis, contra tex. in c. 2. de conſti. lib. 6. Ut
quam ſint à ſenſu aliena, nemo non facile intelligit.

Adiuuatur hoc etiam alia ratione, ſecundum Mol-
Quia impetratio ab ordinario contra annalem poſſeſſio-
rem non videtur ita damnanda, ut caluniosa, ſicut illa ea
obtinetur à Papa, ideo minus punienda. Ratio eſt, q̄
ordinarius quādo conſert impetranti beneficium anni
poſſeſſoris, tam habet, vel habere preſumitur certioris
illius poſſeſſoris, cum viſitare ſoleat ſingulis annis certioris

ses, & teneatur titulos possessorū perscrutari, vt dicit tex.
in ordinarij. de offic. ord. lib. 6. Et tradit Fely. in c. ad au-
res in 14. conclusione. de rescrip. Et ideo conferendo sim-
pliciter alteri beneficiū, præsumitur annalem possessorē
tunquam titulum nō habentem negligere, ex quo melius
cognoscit personas suę diecessis, quam Papa, vt dicit gl. in
dem. 2. de offi. ord. Et propter hanc causam nulla præscri-
picio etiam triennalis currat contra ordinarium, quomodo
non posset remouere possessionē carentem titulo, vt tra-
dant omnes, & ibi latius Fely. in c. licet Heli. de simo. & in
casu. in 16. col. de re iudica. Et est expressum in concilio
Basilensi, titu. de pacif. pos. Et ideo impetrans ab ordinario,
propter istam rationem non præsumetur molestatore,
nec improbus litigator. Secus tamen erit dicendū in im-
petrante à Papa, qui præsumetur iniustus impetrās & mo-
lestatore, si non seruat istam regulam, ex eo, quia Papa in
dubio non intendit concedere gratiam contra annalem
possessorē, non facta mentione istius regulæ: quia non
habet, nec præsumitur habere, sicut ordinarij notitia pos-
sessorum orbis terrarum, ob varias occupationes rerum,
propter quas multoties non concedenda concedit, vt di-
cunt in c. si aliquando. de sen. excom. & in l. 1. C. de pe. bo.
libula. lib. 10. & not. in c. 1. de consti. lib. 6. Non enim visitat
decretes, sicut episcopi, nec perscrutatur titulos possiden-
tium super ordinarius, vt dicit gl. in c. statutum. de rescrip.
Et ideo in dubio intendit possessoribus fauere, etiam
in effectu essent detentores intrusi, quia Papa in dubio C
ad pati potiorem esse causam possessoris. Cum igitur ju-
tor & certior si iustitia impetrantis ab ordinario, quam
Papa, & diuersa ratio inter eos militet: meritò in hac re-
lationi penali dicendum est, diuersum debere censeri ius.
forte ista ratione voluit gl. in regula 19. de idiomate, il-
luminandis non habere locum in ordinario.
Sed aduentendū est, quia ratio ista morderi potest. Nam
ordinarius titulos possessoris beneficiorū in diecessi
non existentii quādo vacat, scire possit: nō tamē scire pre-
sumitur vacaciones aliorū beneficiorū sui subditi posses-
sorū, alibi cōtingentes, licet illæ resultent ex facto
annalis alibi viuentis, de quib. loquitur ista reg. Nā
agitur de impletate beneficiū viuentis possessoris. Vn-

D e si aliquis imperat beneficiū, ex eo, quia possessor annalis est execrabilis, hoc genus vacationis potest ignorari ab ordinario, sicut à Papa, quia cū sint facti, cēleste nota ignota etiam à prudentissimis. l.2. ff. de iu. & fac. igno. c. de cōfli. li. 6. Nec visitatio ordinarij hoc detegere potest, cū possit possessor habere beneficia in variis diocesibus, & ostendendo titulum beneficij dicecesis ipsius visitantis, satisfacit ordinario. Alia verò beneficia alibi existēta potest dissimulare, & sic ea ordinarius ignorare potest, sicut Papa. Ex quorum possessione ignota ordinario potest resultare incomparabilitas, quæ præstaret iustā impetracionis causam. Sic etiam imperatur beneficium annalis possessoris per contractum matrimonij fortè occulti & inco-

E gni ordinario, vel per simoniam. Nam in ipsis modis vancandi verificantur verba istius regulæ, ibi, certo modo tamen in ipsis ita potest decipi ordinarius, sicut Papa. Nō dicamus, q̄ ordinarius visitator potest subditu suu compellere etiam ad ostendendum omnes titulos beneficiorum suorum, etiam alibi consistentiū. Ex quibus resultare posset impedimentum aliquod ad retinendum beneficium existentis in diocesi visitatī. Et hoc facere posset sub pena excommunicationis, quam in dubio non præsumitur quis incurere velle: arg. l. fi. C. ad l. Iul. repe. Et ita per diligentem inuestigationem haberi potest notitia omnium beneficiorum ipsius subditi, quæ omnia cessant in Papa anno visitatē. Nec obſt. quo dicitū est de impetracione per co-

F tractum matrimonij occulti, vel per simoniā: quia fortè illis vacationib. per quas agitur ad priuationem, ista reg. non procedit, vt latius dicetur inferius in alia questione.

Præterea, q̄ ista reg. non habeat locum extra Curiam tenuit in specie quidam celebris doct̄or antiquus Viuianus de Viuianis, aduocatus consistorialis, in quadam consilio reddito in causa Missinensis parochialis.

Postremo, pro ista op̄i. adduci potest alia ratio factio- cludens: quia reg. antiqua Eugenij 1111. primi conditoris huius reg. exp̄ressè loquitur de impetrāte à sede Apostolica. Et omnia verba illius reg. nullo pacto possunt adaptari ad impetracionē ab ordinario extra curiā facienda. Vide ex quo ista reg. moder. nihil addit ad illam Eugenij, sed simpliciter loquitur, debet intelligi & declarari secundum illam

iam antiquam, ut videlicet restringatur ad terminos tan- A
mm, in quibus antiqua regula loquitur: quia vulgatū est,
leges posteriores secundum antiquas restringi & decla-
rin debere, vt habetur in l. non est nouum. cum l. seq. ff. de
legit & tradit latè Rom. in consil. 345. incip. circa primum
consultationis articulum. in pe. col. vbi multa iura ad hoc
addit, cum aliis concord. vt latissimè scripsi in c. i. in gl.
mocare. de constitut. lib. 6. Et licet aliquando lex antiqua
nisi declarationem à moderna, hoc procedit, quan-
do lex antiqua obscurè vel inuolutè loquitur, vt tradit
est. Sicut in c. super questionum. in 3. not. de offi. deleg.
frante ipsum Alex. in consil. 108. col. fi. vel 3. Sic econtra,
quando lex moderna generaliter loquitur, potest decla-
ran secundum antiquam, ne illam in dubio videatur cor-
riger. Quod fieri non debet, nisi expressè dicatur, iuxta B
et Papa. Nihil
lumbemus. C. de testa. & quæ latissimè dixi in c. i. de con-
stitut. lib. 6. Nec obstat, quod papa in ista moderna regula
omisit illa verba (à sede Apostolica impetraverunt) po-
sitare propria. Ex quo videtur innui voluisse regu-
lam istam modernam indistinctè & generaliter in qua-
cunque imprestatione procedere, siue illa fia ab ordinario
sive à papa: arg. eorum, quæ dicit Rota in decif. 50. tit.
de rescr. in antiqu. & decif. 5. eo. ti. in antiquioribus. & re-
allam Fely. in c. super literas. in 8. col. de rescr. dum ibi
voluit, quod quando papa in supplicatione porrecta delet
alios, videtur in omnibus aliis gratiam vele concedere.
Sed ad hoc respondet, quod papa in moderna regula de-
leuit illa verba, quia non erant necessaria: ex quo per se- C
quencia verba regula satis colligebatur, eam loqui in im-
petrationibus Apostolicis. quod manifestè colligitur ex
genere propria hic appositæ. Nam papa iubet mulctari im-
propria imprestantem in quinquaginta florenis auri Ca-
mera apostolice applicandis. Nam ista verba inferunt, lo-
quuntur regulam de imprestante in curia Roma. ab ipso papa,
non autem ab ordinario extra curiam. Et sic apparet, quod illa
verba (à sede Apostolica) posita in regula antiqua, non
erant necessaria, sed potius superflua: cum hoc idem po-
tenter ex aliis verbis regula comprehendendi. Et breuitas in
legimus commendatur, vt tradit Gemin. in c. fi. in 5. no. de
va. sig. lib. 6. Et hoc etiam in ratione consistit, quia si pa-

II



Pra voluiset regulam in ordinariis extra curiam habere, cum, dixisset, iuxta vulg. c. ad' audientiam de deci. Et ista modo arguendi vritur gl. in c. vt circa in verbo, adhuc res. & in c. cupientes. §. si vero in verbo, priuetur. & in vel si personas. in verbo, priuetur. & in c. si forte in verbo restipueret. de elec. lib. 6. Præterea, quia videmus regulam non habere locum in gratia motu proprio, ut dicatur in leg. Et tamen gratia omnes ordinariorum cententur in c. bio facta motu proprio, ut tradit. Et post alios, quos in allegat in c. in nostra. in 29. correlario. de rescri. & in c. aures. in 14. concl. eo. tit. allegat Card. in cle. 2. de officio qui hoc tenet. Ex quibus omnibus appetit istam opinionem esse aquam & probabile. Secundum quam ita iudicatur.

E Rota coram R. D. Raynaldo Petruio, in una Romana sancti Pauli & Cæsarei, in qua bis proposita, ita condidie 14. & 18. Ianuarij, M. D. XXXVIII.

Q VAE STIO DECIMA.

Q VAE RO, an ista regula habeat locum in impetrante gratiam motu proprio?

SOLV TIO. Breuiter videtur prima facie dictum, quod sic. Pro qua opinione inducitur tex. in cle. 2. si. quam ibi notat Card. in fi. de concef. preben. vbi tenet qui loquitur in impetrante, habet locum in gratia, motu proprio, ea ratione, ut litibus occurritur. Ad idem etiam in extrauag. sedes apostolica. Ioan. 22. posita in ti. de p. bend. qui videtur loqui de impetrantibus, & tamen hoc locum in gratiis, motu proprio, cum in eisdem quibusdem ratio, ut late dicit ibi glo. in verbo, concef. P. in mō, pro ista opinione videtur text. in cap. cum nostra concef. preben. secundum quod ibi declarant Ant. lim. & Abb. & communiter Mader. vbi est tex. quod imprentio non valeat, non facta mentione de colorata pollicione alterius, & tenet decis. 78. de rescript. in antiquo, & cum ille tex. procedit etiam si imprentio fuerit obtentatio proprio, ut ibi dicunt prædicti docto. Sic et dicunt, quod ista regula: nam dato, qd in illa nulla fiat metio ex gratia. Motu proprio, tamen debet suppleri, & subintelligi alia iura de materia loquentia.

Sed prædictis non obstantibus, contraria opinio videtur verior, pro qua in primis ponderanda sunt sive verae

iam habere
de deci. Et ibo,
adherent
iuetur. & in
orte. in verb
tempus reguli
dicā in leq
nsentur in co
alios, quos in
elcri. & in c.
e.a. de offi
istam opin
m ita iudicat
vna Romu
a, ita condic
p in impetr
na facie duc
tex. in deca
ben. vbi tensi
n gratia, non
d idem est
ta in ti. de pe
& tamen ad
dem militare
ncessa. Pol
cium nostrarum
ant Anto. Im
quod d' impetr
rata possit
antiq. & in
obtentaria
et dicent
tatio de gress
subintelligi
ia opinio nra
a sunt illa resu
pos

posita hic in regula (Quicunq; impetraverit) quod qui-
dem verbum, Impetraverit, vere loquendo, ad gratiā mo-
tu proprio adaptari non potest, cūm sint inter se longē
duela, impetrare, aut motu proprio obtinere: vt est tex.
cum ibi not. Bar. & alij in l.i. circa f. C. de pet. bo. sublat.
lib. 10. Hinc eit, q; prohibitus impetrare, non prohibetur
colequi gratiam motu proprio, vt ibi dicitur. & tradunt
Moder. in c. si motu proprio. de præb. lib. 6. Quod alia ra-
tione suaderi potest: quia ille, qui impetrat in materia e-
cclesiastica, præsumitur ambitiosus & importunus, vt dicit lo.
And. in c. duobus. de rescri. lib. 6. in nouel. per text. in cap.
xiiii. de præb. lib. 6. Adeò q; papa videtur potius per
aggelionem ad impetrantis importunas preces, quam
sponte sua gratiam concedere: quamobrem de tali impe-
trante male præsumitur, vt colligitur hic in verbis pro-
mj. Sed haec omnes præsumptiones malitia: cessant in ob-
tinentia gratiā motu proprio, cui papa præsumitur potius
eius meritum, quam ad eius importunam petitionem
præstendere, vt dicit Bal. in l.qd. fauore. C. de legi. & sequi-
to. de l'plat. & Moder. in d.l. I. Ideo talis impetrans non
comprehēditur sub dispositione illius reg. quia talis non
dicitur improbus, nec exquirit lites, vt dicit haec regu. Ha-
bit ergo locum in casu suo, & non in obtinēte gratiam
motu proprio. Suadetur viterius ista op. quia ratio regu-
la non videtur posse adaptari ad gratiam motu proprio,
et ea quia non est præsumendum papam sponte sua, seu
motu proprio velle concedere illud, quod per istam reg. C

D procedit in gratia, Motu proprio, vt ibi notant omnes; & tenendo istam partem, non obstant quæ in contrariū ad ducta fuerunt. Primò text. in d. cle. i. §. f. cum aliis, quia ad illa iura ynica patet responsio, videlicet quid promiscet & indefinitè loquuntur: neq; aperiūt de qua impetratio ne papa intelligere velit. Itaque ratio ibi posita potest al vtrunque casum adaptari: quod cessat in casu nostro, vi verba istius regulæ sunt clara de impetrante loquuntur.

Et quid ista regula in gratia, Motu proprio, locum ibi non vendicet, probatur euidēti ratione: quia, vt in prima quæst, conclusum fuit, ista reg. non habet locum in ordinariis extra curiā: & tamen omnes ordinarij concedunt gratias motu proprio, vt ibi dixi ex dictis Card. in de-

E de offi. ord. & Fely. in c. in nostra. in 29. correl. de retemp-

Et ista quæ dicta sunt, de plano procedunt in vera gratia motu proprio ex mera & spontanea liberalitate principis emanante. Secus tamen videretur dicendum in gratia motus proprij procurata, & per fauores obtenta, pro sèpē fit. Nam in tali casu posset teneri, regulam tacitum proprium comprehendere, cum in eo militet eadem ratio, quæ militat in gratia impetrata, pro qua distinzione est notabile dictum Card. in cōf. 142. in h. quem Mod. Mediolanen. sequuntur in c. 2. in 2. col. de script. fact. in versi. liberalitates. in l. fi. C. de fruc. & lit. expen. quæcumque in illo tex. q. gratia motu proprio, si fiat ad impetracionem, non dicatur propriæ gratia motu proprio. Ideo p. 3. ff. quod quisque iur. quæ alias locum non habet in gratia motu proprio: procedet tamē in ista gratia motu proprio procurata. Nam talis procurans huiusmodi gratiam debet reputari magis improbus & ambitiosus, quam simpliciter & ordinario iure impetrās, per ea, quæ traditæ in §. sed & iste. inst. de act. cū concor. vt late ibi scribo. 8. col. Quibus accedunt ea, quæ And. Sicut dixit in cōf. incip. preclarè in 3. col. in 1. vol. & consi. 56. incip. & cōf. in 1. col. co d. lib. Faciunt ad hoc dicta Iason. in l. fi. quæcumque in 6. col. ff. de iurisd. om. iud. & Petri Andr. Gamma in tracta. lega. q. 18. lib. 10. Et quod in notabili questione tradit Bar. in l. fi. seruus communis. §. quod vero. ff. de fact. & Abb. post Inno. in alio casu in cap. sicut el 3. in 6. col. de fact. Ex quibus omnibus resultat ista conclusio, q. pro-

cunam b.
dudat a.
stent q.
Sed a
vita, ex
pro ut vi
gratia sit
atendit
miba gr
Vnde
utissime
prio con
non mor
nib requi
eum & p
geli Mar
aburdum
fent ho di
Fely. in c.
loci not
pote in li
dat And.
Salim for
ne conce
lin. &c. Si
augusti
tionem, &
catione d
concessio
videlicet
tis, aut m
Quando
dat gratia
non respō
ne conce
rem, quā
genu, q
curi, le
tacitio a
decess. so.

trans habere titulum, seu gratiam motu proprio, ut ex. A
contraria id
alii, quia ad
d promulge
imperato
ita potest id
u nostro, vi
o quena
o, locum fib
e, vt in prou
lo cum in os
ij concedem
ard. in de
el. de relen
t in vera ga
litate prie
dum in gra
tentia, prie
an talem m
militet eadem
ua distin
i, quem And
script, facili
pen. quendam
ad imperio
opio, idei
habet inge
tia motu pro
no di gratia
us, quam in
quz tradid
e ibi script
exit in coll
cip. & coll
in l. si quod
ndr. Gamma
vili quefisco
vero, ff de fe
3. in 6. col. de
clusio, q. pro
cessu

dudat alium, prout in casu nostro, in grauiori causa se co
stutit, quam impetrans debito & regulati modo.
Sed aduertendum est, quod ista distinctio non videtur
rea, ex eo, quia Rota non tenet illud consilium Cardin
pour vidi iudicatum bis tempore meo: quia sufficit, q
gratia sit motu proprio, licet fuerit procurata: quia non
renditur quomodo quis gratiam obtinuit, sed qualiter
vnde gratia sonant. Nam, ut inquit Satyr.

Vnde habeas querit nemō, sed oportet habere. Aliás
nūsimē gratie inuenirētur, quā possent dici motu pro
prio concessae, cūm Pontifices hodierni iam sponte sua
non moueantur ad concedendas gratias motu proprio,
nisi requisiti & rogati, vt experientia docet pulsantibus B
enim & potentibus cōceditur ille fauor, iuxta illud Euan
gelij Marci 7. c. Petete, & accipietis, &c. Aliás sequeretur
absurdum, q̄ omnia iura loquentia de motu proprio, es
fero die frustratoria. Quod non est dicendum, vt notat
Fely in c. si quando. col. fi. de rescrip. Et pro isto Rotę ity
local notabilis decif. Bal. in c. nisi specialis. in r. col. versic.
pone in literis, &c. de of. leg. quem ibi multū cominen
za And. Sicut. in 2. col. nu. 38. & Fely. in d. c. si quando. vbi
Bal. in fortioribus terminis dicit, q̄ etiā si in supplicatio
ne concessa motu proprio dicatur: Supplicauit nobis ta
lis. &c. Si tamen papa motu proprio concessit, nihilomi
ni gratia erit motu proprio concessa, & nō ad impetrati
onem, & operabitur virtutem suam, ac si nihil de suppli
catione dixisset. Ratio assignatur per And. Sicut. ibi, quia
concessiones apostolicae sub duplice genere conceduntur,
videlicet vel ad instantiam, seu postulationem impetranti
is, aut motu proprio. c. si motu proprio. de prædiis. lib. 6.
Quando igitur unus supplicat, & in stat, q̄ papa ei conces
sat gratiam eo modo, quo petit, & papa in signatura sua
non respōdet, Fiat, vi peritur, sed fiat motu proprio, & sic
non concedere gratiam magis priuilegiatam & pinguo
rem, quam ab eo petitur, videlicet motu proprio, eit si
genu, quod noluit concedere ad supplicationem impetr
antis, sed ex suo motu proprio: quia concessio unius est
exclusio alterius, vt dicit Rota in antiquis, titu. de rescrip
tis. 50. & in antiquiorib. decisione 5. Nam ex quo plures

D sunt motus in principe, dignosci non potest qui sibi
mōtus, nisi per eius verba in signatura expressa. Nālūn-
tendit ad preces supplicantis gratiam concedere, & non
spōte sua, illē motus detegitur per illa verba signatur,
at, vt petitur. Sin autem intendit facere gratiam, propter
meritum impenitantis ex motu merae liberalitatis, & non
propter petitionem impenitantis, tali casu respondit, fiat
motu proprio. Nam per huiusmodi de signaturam datur to-
bis signum, quod papa propter preces motus nō finit, sed
propter meritum petentis. Secundum qua merita praesumit-
tur, vt dixi, papam gratiam motu proprio concedere
velle, & non ad petitionem suam, vt dicit Bald. in d. cap.
fauore, quod est notandum. Et ideo si impenitans in sup-

L catione petat à papa sibi gratiam motu proprio conces-
& papa in signatura non responderet, fiat motu proprio
sed, fiat, vt petitur, gratia non censeretur facta motu pro-
prio: licet in supplicatione hoc petatur, sed erit gratia
etia ad postulationem. Nunquam igitur gratia dicetur in
tu proprio concessa, nisi papa hoc in sua signatura con-
cessat & concedat. Et ita debent intelligi omnia iura de

tu proprio loquentia. Et sic hodie practicatur in eu-
ste tamen stylus, & dictum Bald. in d. c. nisi limitare
xabiliter procedere, quod princeps absq; petitione
eis esset gratiam motu proprio concessurus. Secus autem
non concessisset: quia tali casu gratia censeretur facta
postulatione, licet papa in signatura dicat motu prop-

F Ita notabiliter declarat ilud dictum Baldi Decius in d.
M. in 13. col. versi. sed add. & in 14. col. versi. non obstat
etum Salyc. &c. de consti. Pro quo facit gl. in d. l. f. C.
fruct. & lit. expens. Quod dictum est nouum, & non nisi
ab aliquo, quem legerim, secundum quod possumus in
dicta in ista materia concordari: sed vereor, ne subdit
quia illa mens papæ an esset, vel non concessurus, vide
potest, quia de his quæ in mente hominis constituntur
Deus est perscrutator. c. i. vt eccl. bene. Et ideo illa mens
principis deprehendi non potest, nisi ex verbis: quia non
presumitur mens illius, quale verba indicant, vt dicitur
in l. Labeo. ff. de supelle et. leg. quia non presumitur per
verbis exprimere, quod mente non conceperit, vt dicitur
in d. l. Labeo. in fi. & tradit las. in l. i. g. fi. in 1. co. fi. de re-

et qui in illa
essa. Nam in
dere, & non
signature, &
signatur, pro
prietatis, & con
spondit, fa
ram datur, n
us non fuit, si
merita piet
atis conceder
al. in d. qm
trans in fide
proprio conc
motu propri
ta motu pr
erit gravit
ia dicetur
gnatura em
nia iura de
catur in cui
i. limitatus
petitiones.
Secus, dicit
eretur facta
motu propri
Decius in c
i. non obstat
in d. d. C. C
m, & non tui
d possumus
, ne subd
lurus, videt
coſtum, a
ideo illa me
erbis: quia a
nt. n dicitur
zumitur p
erit, n dicit
coſt. de re
obligata.

Et video concludo, quod quando papa in signatura sua A
det, fiat motu proprio, dato quod millies nunquam ani
num habuerit concedendi gratiam motu proprio: nihil
minus erit vera gratia motu proprio, & in ea habebit lo
cum contextum cap. ii motu proprio. & in e. si pluribus de pra
ben lib. s. cu omnibus aliis de motu proprio loquenteribus.
Et predicta omnia procedunt, quando sumus in clero,
ad gratia motu proprio conceditur. In dubio tamen,
quando nescimus, nec appetet, an gratia motu proprio,
ad postulationem sit concessa, tenendum est, gratiam
motu proprio censeri concessam, & sic ex spontanea & li
teris principis voluntate, ut tradit Decius in consil. 341.
ibidem quodto in 2. colum. Tamen ego etiam multum dubi
tatem de isto dicto Decij, ex eo, quia in dubio rescriptum B
debet interpretari potius iustitiae quam gratiosum, & sic
magis ad postulationem, quam motu proprio concessum,
scidit Gemi. post Ioh. And. & alios in e. si cui nulla. co
mit. de pra. lib. 6. vt dixi in titu. de rescrip. eo d. lib. nu
mero 18. & in tract. signature num. 8. vbi latius scripsi.

QUAE STIO VNDECIMA.

Q VAE R O, an ista regula de annali, obstat impetrant
i. habitanti forte mandatum de prouidendo ad mo
nasterium monialium, ad quod solent per ele
ctionem & confirmationem assimi?

SOLVITIO. Pro resolutione distinguendi sunt duo ca
ſas: primus, in monasteriis consistorialibus, & in illis ex
quo non sit prouisio per viam impetrationis, regula non C
propedit, ut dicetur in alia quaest. & dixi in regula de infir
morum. Aut verò loquimur in monasteriis non consi
storialibus: & puto idem dicendum, ex eo, quia regula lo
quor de beneficiis, quae de sui natura certo modo impe
tratio solit, ut innuuū verba istius reg. ibi (si quis impetrare
et.) Secus verò de beneficiis; quae sunt electua, ut mona
steria monialia, iuxta e. in d. enitab. de elect. lib. 6. quae co
municant impetratib. nō concessur. Et licet aliquādō impe
tratio illud accidetaliter evenit: regulariter tamē per ele
ctionem datur: & iste naturalis modus, quidē di recte debet,
nō accidetalis, arg. l. q. habet ff. de tutel. e. reg. listi. de restit
tu. concor. ut scribit Ias. in 1. 3. in fina ff. de offic. assis.
Praterea, quia quelibet dispositio in dubio interpretari

II iii

Debe*t* iure ordinario, non extraordinario: vulg. l. 5. c. 5.
medico. ff. de annu. leg. cum concord. vt tradunt Moderni
Mediolanen. in c. inter cætera. in 3. col. de appell. Cum igitur
ista regula loquatur de beneficiis certo modo impetrantiis,
debet intelligi de beneficiis quæ regulariter, & via o-
cti intelligenda sunt modo prædicto. Et in summa, ista est
communis opinio, quod sequestrum absque voluntate
possessoris partis positum, non priuat quem possessione: &
nam, si per iudicem incompetentem adpositum fuit, vt
est. & hoc idem exp̄ret̄ est tenet, & probat quidam doctus
Modernus Bart. Castaneus in consil. 48. per totum. Ex qui
bus potest de facilis teneri consilium illud Geminiani non
est verum, nisi aliquid ad illud suppleatur, prout plura alia
illius consilia solent per Rotam non teneri.

QVÆSTIO QVADRAGESIMA SEPTIMA.

QUAE R O, an regula ista habeat locum in possesso, C
qui non percipit fructus, fortè ex eo, quia nō soluit
iura ecclesiæ, vel quia iuxta consuetudinem, vel sta
tutum ecclesiæ nō residet prius per aliquod tēpus, vel quia
fotassis debetur pro primo anno capitulo, vel episcopo,
nuta cap. si propter tua debita. de script. lib. 6. vel quia
beneficiū nullus habet fructus?

SOLVITIO. Videtur prima fronte, regulam nō tueri hu
mido di possesso, quod multipliciter probo. Primo,
qua verba istius regulæ, qua de possesso simpliciter lo
quitur, debent intelligi de possessorib. effectualib. qui fu
ctus percipiunt, & alia faciunt, quæ verū possessores facere
solent. arg. c. si tibi concessio. de prebend. lib. 6. Hoc enim est
propriū & verū signū possessionis veræ, videlicet, fructus
percipere, vt in l. Titia. ff. de solu. & in ca. inter dilectos. §.

OO iiiij

D præterea de fide instrum. & l. qui vniuersas. §. quod per eos
louum. cum similibus. ff. de acqui. poss. Nā verba in dubio,
in proprio & pleniori significatu intelligi debent. c. pecc.
de sentent. excommuni. l. l. ff. si ager vecchi. Et hæc duplet
sit possessio. vna. quæ animo. & alia. quæ corpore tenet.
juxta notata in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. illi
acquiren. posses. & l. naturaliter. eod. titu. Et sic qui semel
possessionem accepit. posset eam animo retinere. d. l. eu
vniuersas. §. quo d per colonum. Illa tamen est verior. pli
nior. & poterior possessio. in qua vtrunq. feliciter. corpori
& animus cōcurrunt. vt in l. 3. in princ. & §. Neratius. & illi
notant Doct. ff. de acquirend. poss. & tenet Bal. in l. man
C. ad Terrullia. l. raptore. §. fin autē. C. de episcop. & de
E Sequitur Ias. in l. huiusmodi. §. ades. in 2. col. num. 7. ff. leg.
Hinc est. q. quando duo possessores concurrunt.
quilibet dieit alterum spoliasse. & producent instrumentum
sua possessionis facta eadem die. illa possessio in Rotu
dicatur prior. quæ fuit effectualis cum perceptione fr
etuum. & ita semper Rota temporibus meis iudicauit.

Cum igitur ista de iure vera sint. reg. in tali possessione
intelligenda est. argu. l. queritur ff. de Ita. ho. Eo matim.
quia ista regula considerat solum factum possidentis. q.
gis. quam titulum. Adeo. q. etiam si consideremus commu
nē vñum loquendi peritorum. & imperitorum. & vulgi.
regula de possessione effectuali erit intelligenda. vt in
pulatio ista. §. hæc quoq. ff. de verbo. oblig. & dicta. l.
Princip. & §. in amittenda. Hinc est. quod dispositio
de multa. de præben. & cap. licet canon. cum similibus. et
de possessione loquuntur. non habet locum. nisi illa po
sessio effectualis fuerit cum fructuum perceptione. vt p
ret in dicto cap. si tibi concessio. de præbend. lib. 6.

Prætereā. quia beneficium sine redditibus. nō dicatur
neficium. vt not. Collecta. in c. 2. in 2. col. de concessi
& in d. c. de multa. & ibi no. Abb. & tenet Rota in decim.
aliam sub num. 443. tit. de præb. colum. si. in no. Sed regula
ista loquitur de possidente beneficium. Igitur. &c.

Et pro ista opinione facit. quod in simili cōcluſerūt. De
mini tempore meo in vna Tarragonen. parochialiū oī
domino Paulo Capisucco 28. Ianuarij m. D. XX X. dum vo
luerunt. permutationē factā cum beneficio. quod ibi va
gantur.

ut inter appellatur de Pertica, non valere, ex eo, quia illud A
beneficium de Pertica nullus habet fructus: & sic est vento
in & fictum: de quo aliquid dixi in regul. de infirmis re-
sign. 19. Nam sicut corpus sine anima non dicitur homo,
ita cadaver: ita beneficium sine redditibus, beneficium dici
non potest, vt in c. si quis obiecerit. prima quest. secunda.
Nam in tali beneficio etymologia nominis non quadrat:
cum beneficiū dicitur, quia bona facit, vt inquit antiquus
edoctor Paulus Rom. in tract. de pēsione ecclesias. fol.
17. col. 2. nume. 3.

Pateret, quia cum beneficium caret fructibus, inutile,
nullius esse momenti iudicatur: hinc est, q. nullū & inu-
tile autē equiparantur, vt in c. 2. de transla. præla. cū con-
tor. de quibus ibi in glo. & tradit Abb. in ca. de multa. in §. B
col. de præben. vbi post alios Doctores tenet dispositionē
illius text. non comprehendere possidentem parochiale
habitu tantum, & non actu. Et dicit glo. in cap. licet canon.
de electio. lib. 6. quod dispositio illius text. non comprehen-
dit parochiale non habētem fructus, quia caret effectu.
It hoc idem dicit Card. in cle. in plerisque. in 1. quest. de
electio. & in cle. quia contingit. §. ceterū. q. 2. de elig.
comib. & in cle. 1. in 6. notabili. de senten. excom.

Eritis omnia in ratione consistunt. Quia dispositio lo-
quens de beneficio, debet intelligi de effectuali, quod in
perceptione reddituum consistit. Quia verba cum effectu
sunt capienda. c. relatum. de cle. non resi. Hinc voluit Bal.
post Cy. & sequuntur ibi Moderni in authen. sed nouo iu-
n. C. de ser. fug. q. stante statuto, q. pro tali delicto debeat
amputari manus: illud debet intelligi de manu utili: cū
autē amputando manum inutilem & aridam non satis fie-
re statuto, cū membrum inefficax, dicatur mortuum: &
dicior deesse, quod inutile est, vt dicit glo. in c. fraternita-
tis de frigi. & male. Et ad ista faciunt plura, quæ de actu inu-
tili dicit Fely. in c. ex tenore. in 3. col. de rescript. & Iaf. in 1.
viii pacif. col. penult. & si. C. de trāfa. & in l. 1. de offic. eius.
Accedit etiam ad hoc, quod dicimus de episcopis nulla-
men. & comitibus Palatinis, qui non dicuntur propriè ta-
les, sed abusivè, vt latè tradit Iaf. in l. id quod. nume. 25. de
lega. Adeo, quod voluerūt And. Sicut. in tract. de prestan.
condit. 3. q. primæ partis. colum. 3. post Bald. in aut. licen-

OO v

Ditiam.C.de episcop. & cler.dispositionem illius authen.nō habere locum in episcopis , qui habent episcopatus apd Sarracenos, quoru nulos capiūt fructus, quod reasumūt latē Moder.Mediolanen.in memorialibus iuris in vestimoes.Nam ex quo non habent redditus,dicuntur habere no mina ventosa,vt dicit Ias.in l.i. in 2.col. ff.de offic.eus. Ni si re priueris,nec nomen habere mereris,vi dicit gl.in cap cor episcopi.68.dixit.Et tradit Præpos.Alexan.in ea multa 17.dixit. Et Paulus de Caii.in confil.307.lib.2.Pateat de cardinalibus Rauennaten. qui non merentur dicindales,cūm esse etu careant,vt dicit glo.in cap. pudor, quaest.2.& Abb.in cap.bonae.el 1. in 2. col. de postul.piu Et idem de canonicis Mediolanen.dicendum, qui cardin

Felles appellantur,vt dicit Rochus in tract. consue.fol.11. 2. colum.Nam sicut rex Seacorum,nō dicitur proprius sed abusuē,vt dicitur in d.cap. pudor, ita & isti beneficia sine redditibus non dicuntur veri, sed abusu: quia vi dicitur est, verba cum effectu debent intelligi, vt latissime trahit Moder.Bononien. in l.i. in 6.& 7.col. C. de inoffic. C. igitur dicta beneficia in redditibus effectuum non habent, non debent sub istius regulæ dispositione de beneficio quenti comprehendendi,quia verba regulæ debent in posteriori significari intelligi,iuxta ea,que tradit Iacobus Bononiensis in tract.term.in princip. & Abb.in c.ex publico.de coniug. & Alexandrinus in c.rursus.in primo notabilis, vel voun.Plura alia pro ista parte adduci possentur.

Fin calce istius q.remisiū complectar.
Pro parte affirmativa,q. ista regula intelligatur de beneficiis possessis absq; perceptione fructuū,facti primi dico ea,quaē in potentia sunt, reputantur esse in actu.l. per actum testamen.mili.tradit Ias.in l. 2. C. de inoffic. testam. factum quædā puella, in 2.col. ff.de iur. omn.ind. & dixim. p. pos nales,in fi.inf. de actio. Sed beneficiū quodlibet ecclesiasticum est in potentia habendi redditus , vt tradunt omnes in c.de multa.de præb. vt ibi notat Petrus de Anchiano cundo notabili,& Salyce.in l.eūm in te.in fina.C. de donante nuptias. igitur tale beneficiū reputabitur effectuum quo ad effectu,vt dispositio istius regulæ in eo venienter.

Præterea,pro ista opin. facit optimè cōsil.Dicū in puncto.vbi probat beneficiū , quod nulos haberentur.

authen. nō
autem apud
realium
is in verbo
habere eo
fice, eus. Nō
cit gl. in cap.
in ea multa
2. Pater eni-
tur dici ca-
p. pudore,
polul. pia-
qui cardu-
ue. fol. 22.ii
proprie-
ti beneficiorum
quia vi dicitur
ssime tran-
sicarus. Cum
on habeant
beneficiorum
ent in potest
acobus Be-
o. de con-
notabilis et
posse mag-
atur de
t primis
tu. l. penit-
estiam dixi in §. po-
libet ecclesie
adum omni-
Anchan. C. de
ur effectu
eo veritate
Deci 21.2
habebat
posse cum altero permutari: quia dispositio loquens de A
permutatione beneficiorum, locum habet in dictis bene-
ficiis, ut ibi per eum. Breuiter, omisis multis, quae h̄c di-
cipi possent, pro resolutione istius q. arbitrator duos casus es-
se distinguendos. Primus est in beneficiis, quae nunquam
habuerunt aliquos reditus, nec sperantur habere. Secun-
dus casus est in beneficiis, quae tempore suæ fundationis
habuerunt reditus, sed calamitate temporum perierunt,
vel ad tempus auferuntur, ratione alicuius priuilegij.

Primo casu pro firmo teneo, in talibus beneficiis regulā
non procedere, ne sit imposta verbis: nā non existimo ali-
quem ita insanū reperiri, qui super beneficio nullius valo-
ris item mouere, & se pro nullo commodo obseruationi
istius regulæ subiicere velit, vt nihil aliud inde, quam im- B
probū impetratī cognomē consequatur: nā proculdubio
hoc factū non prudētis, sed parum rebus suis prospiciētis
videtur. quid enim aliud est de beneficio nullius valoris li-
tem & tragediam mouere, quam de umbra Asini, vt est in
verbis, disputare? Sic igitur ex quo talia beneficia sunt
ventosa & abusiva, teneo in talibus regul. non verificari,
prece, que in parte negativa dicta fuerunt. Ex quo infer-
itur, bene indicasse Rotam in illo Tarraconen. quicquid
dixit Decius in d. consi. 210.

Secundo casu puto reg. in tali beneficio procedere, quia
licet de presenti beneficium reditus non habeat: tamē ab
initio habuit: & sufficit, q. à principio tempore creationis
beneficii omnia requisita beneficij ecclesiastici habuerit, C
arg. notabilis, in verbo, canonis. in c. statutum. de re-
stituto. s. vbi dicitur, q. sufficit tempore cōmissionis fuisse
canonicum, licet postea desinat esse. Ita dicit ibi gl. quam
commissat Dec. in c. post cessionem. in 10. col. de probat.
cum concord. vt scribit Soci. consi. 81. in 3. col. lib. 3. Et ista
opin. ex hoc solo tenenda est, vt possessoribus faueamus,
pro quibus ista reg. principaliter edita fuit in odium mole-
nium. Et quia ita beneficia, vt dixi, sunt in potētia re-
uperandi reditus, & isto casu inspicimus, quod euenire
potest. l. sed an vtrō ff. de neg. gest. Nam sape de facultati
suis amplius, quam in iis hinc sperant homines, vt di-
cti text. in §. in fraudem. inst. quib. ex caus. man. non licet.
Hac videmus, quod habēs ecclesiam parochialē, cuius

Dalius maiorem partem fructuum possidet, tenetur prona
ueri infra annum ad sacerdotium, alias priuabitur, iuxta o
licet canon. de ele^ct. lib. 6. Et tenet Rota decif. 6. in qua
dam addi. in no. licet secus, quo ad c. de multa quia illi
respicit nudam assecutionem fructuum: sed c. licet, admis
trationem curæ, & sic exercitium: sicut regula ista respicit
etiam possessionem, non autem perceptionem fructuum,
& hoc priuilegium annualibus possessoriis ratione posse
sionis, non ratione fructuum cōceditur, quia hoc non c
etur necessarium, eriam in re in qua fructus percipiunt
per l. Titia. cum ibi not. ff. de solu. l. litibus. C. de agne
censi. lib. 11. Sufficit ergo quod quis faciat actus pertin
tes ad possessionem, licet fructus non percipiat, vt po
E agrum colere, & similia, quæ notat Pau. de Cast. in l. 3. Ca
reg. & Bal. in l. indicia. C. de rei vend. Sic igitur conclus
quod possidens beneficium, licet fructus non percip
vitur priuilegio istius regulæ: quia licet fructus corrobor
rent, & magis possessionem firment: non tamen sequunt
quod sine ipsis possessione capi, & retineri non possit, ne
tiam latius probat Claudius Aquen. in repet. l. Cellus.
col. versi. qualiter autem. ff. de vñscap.

Et ex istis ad plures alias consimiles, & affines quæ
inferri posset, videlicet, an statuta, vel paœta de foli
dis gabellis de animalibus, intelligatur de mortuis, at
vivi: & nūquid statutū imponēs pœna manus, cōpre
dat manū aridā & inutilē? De quibus quæstionibus vide
F dum est per Fel. in c. inter cæteras. 4. col. de rescrip. pell
lippum Franc. in c. fi. in 2. notabili. de homicid. libr. 6. p
Paulū de Cast. in l. instit. §. de eo. in fi. de instit. per Ma
der. post Bar. in l. quod te. in fin. ff. si cer. pet. cum lexem
concor. congelis per nouissimos Asten. in tract. fons
fol. 7. in prima & 3. col. quia omnia addi possunt ad tent. c
c. 2. de transla. episcopi. & ad l. 3. §. quod si quis. ff. ambo
fir. cæs. quæ solent ad hoc propositum allegari, quod es
lum & inutile æquiparantur. Quibus conuenit illud quod
dici solet, vanos, & insulos homines non nisi nomine
tum homines esse, vt inquit Cicero in Offic. & eft test. c
c. multi. 40. dist. Tales enim non veniunt appellatione
minum, sed iumentorum, quorum similitudinem gerunt
iuxta ea, quæ dicit Abb. in c. prudentiam de offic. deg
Q. 2. 1. 17

QUAESTIO QVADRAGESIMA OCTAVA. A

V AERO , an possessori annali excipienti de regula,
obstet confessio procuratoris sui resultans ex com-
missione causæ super molestationibus infra an-
num dictæ possessionis facta, quam commissionem ipse
possessor post annum ratam habuit?

SOLVITIO . Hodie , quæ numeratur 20. Octob. M. D.
XXXIIII. illa difficultas per R.P.D. Marcellum de Crescen-
tio in Rota proposita fuit in vna causa Agrigentina deca-
natus, in qua quidam Ioan. Guerrerius decanatu possessionem
per Antoniu[m] impetraverat: & cum in partibus coram iudici-
bus secularibus regis contendetur, procurator posses-
soris in curia super iactationibus & molestationibus com-
missione contra dictum Ioan. impetrante post 16. dies impe-
trationis ipsius obtinuit. quo quidem tempore satis dubi- B

tum poterat, an procurator predictus verisimiliter in curia
Rom. & in tam breui tempore notitiam de molestatione
eo principali facta Agrigenti, habere poterat ? Euenit, q[uod]
potaliquos dies idem possessor constituens alios procu-
mores, ratificauit gesta per primos, cumq[ue] in curia item
cum impetratis prolequeretur, possessor excipit de ista re-
gula: impetratis replicat regulam, pacificum possessorum re-
gumque vero non erat pacificus, igitur, &c. quod non es-
t[er] pacificus ostendebat ex commissione predicta per di-
ctum procuratorem impetrata, in qua fatebatur principa-
lem suum molestari: quæ quidem commissio per ipsum pos-
sessorum ratificata fuerat. Dubitat fuit, nunquid illa con-
fessio ad probandum illum pacificum possessorum non fuis C

ce sufficiat? Cōclusum fuit per omnes Dominos, excepto
uno, quod non. Ratio istius decisionis fuit, quia ista regula
principaliter in o[ste]rum impetrantium, & in fauore posses-
sorum condita fuit. Ergo ut fauor possessoris cōseruetur,
probatio non pacifica possessionis, ex qua est obiectus,
debet, & per concludentes probationes probari, ad
effectu, ut presuppositio pro possesso, & contra impe-
trantem inducta, tollatur. I. scire. §. scire. ff. de excus. tuto. cū
concord. vt per Felyn. in ca. pastoralis. in 4. col. versi. signa.
de excep. Cum igitur illa probatio ex confessione procu-
ratoris resultans, non erat clara, nec concludens, quia po-
terat intelligi de molestia post vel ante impetrationem

D facta, quarum altera pacificam possessionem interrumere poterat, altera vero non, talis probatio ambigua & dubia non debet admitti, per ea, que dicuntur in c. in praetitia de probat eo maxime, quia illa commissio fuerat impetrata post impetracionem aduersarij: & sic eo tempore, quo verisimiliter procurator non poterat habere nominis molestie. Fuit igitur illa molestia potius imaginaria & presumptiva, & ad cautelam inducta, quam vera: poruit procurator confitendo molestiam, quam ignorabat ad excludendum beneficium istius regulae domino praejudicare, nunc not. in l. i. C. de paet. Debuit ergo in istis dubiis probanib[us] contra impetrantem, & pro possessione impetrato fieri, quia clara est regula iuris, in dubiis reo magis, quia

E actori fauendum esse. Hinc euenit, quod ius tertii perlam supplicationem productum, non reuelat, quia non putatur clarum, quo usque super supplicatione literae extendit[ur]e sint: & ob eam causam res efficitur dubia, quae probantem non releuat. Et in illa etiam ratione fundatur illud quod Rota in vna Cremonen. pensionis coram Domino Christophoro Parigarola. 10. Decembr. M.D. XXIX. conclusit, videlicet, quod ad effectum incursum priuationis ob non solutionem pensionis, non sufficeret notitia recta & incerta, vel etiam, quod procurator sciuerit, & dominum ratum habuerit: sed requirebatur clara & indubitata notitia principalis, quo ad incurrendum censuras & penas per ea, que scripsit Fely. in c. quoniam. §. porrò. col. ante pe. vt lit non cont. & in c. cum cōtingat. col. pe. de ref.

Q **V** **A** **E** **S** **T** **I** **O** **Q** **V** **A** **D** **R** **A** **G** **E** **S** **I** **M** **A** **N** **O** **A**
V A E R O , nunquid possessor pacificus dici posse ad effectum istius regulæ, si causa contra eum minus annum nomine meo committatur per alium procuratorem meum, quam commissionem ego potuisse ratam habui?

S **O** **L** **V** **T** **I** **O**, Hodie, que est 4. Februarij M. D. XXXIII. ista dubitatio per Dominos in causa Tudé. decanatus regam R. D. Ioan. Clerici pro parte negativa decisâ fuit. Inter alia pro ista decisione adductum fuit dictum Fallo quod communiter approbatur in l. fin. C. ad Maccabœum, ubi ratificatio, quæ sit tempore quo actus nihil operatur, propter lapsum temporis, non valet, quia immo-

DE ANNALI POSSESSORE.
obstaculum in medio, quod impedit, ne tempora siue extrema coniungantur. Sed in quaestione presenti, licet commissio facta fuerit infra annum possessionis, ex quo tam non valebat ex defectu mandati, & ratificatio venit post annum, est dicendum, possessori nullum detrimentum inferre, quia res deuenit ad casum, a quo incipere non potuit. arg. c. si eo tempore de rescript. li. 6. Et quia ratificatione per dominium de actu nullo potest fieri in præjudicium, non autem in damnum alterius, vt dicit decis. i. de pronuntiis anti. ratificatio enim debet fieri infra tempus, infra eundem actus geri potest. vulg. l. bonorum. ff. rem rat. hab. & g. iuncto tex. & ibi not. Gemin. & Alex. in c. non solent. 2. 6. & hoc videtur in terminis exponere gl. in c. ratificationem. de reg. iur. lib. 6. cum concor. vt scribit Alexand. in B confit. viso processu. col. 1. lib. 2. & in confi. 135. ponderatis his. cod. libro. præfertim, quia hoc causa per possessionem annalem ante ratificationem fuit ius quantum possessorum, & sic ratificatione impeditur, vt dicit glo. in d. c. ratificationem. cum concord. de quibus per Dec. in confi. 147. iustitia. col. pe. & consil. 226. in 2. col. & alibi sape, vt dixi in d. c. ratificationem. Et in summa, ista est apud omnes vera & recepta conclusio, quod ubi de prejudicio alicuius agitur, ratificatio locum non habet, vt haberetur in dictis locis. Et tradit Alexan. in conf. 78. viso & diligenter. in 4. col. lib. sed in easu isto est idem. igitur, &c.
Ultimo, pro ista opin. videtur esse glo. in c. nonnulli. de rescript. quæ vult, quod commissio impetrata nomine meo, C non potest per me ratificari, ex quo ad illam impetratam requirebatur speciale mandatum. Et ista est vna de fallentiis, quæ dantur ad regul. ratum. de reg. iuris. lib. 6. quam ad ponderat Fely. in cap. causam. el. 1. in penult. & fin. col. tenuit. sufficit tamen. de indic. quod est multum notandum in proposito questionis nostræ.
Accedunt prædictis, quæ in vna Hiporigen. parochialis totam D. Nicolao de Aretio de mense Iunio M. D xxi. nota tenuit, videlicet, quod lis mota per assertum procuratorem post obitum colligantis ad effectum regu. de arbitraginis, ratificari non possit. Pro qua decisione faciente ea, quæ scribit d. Anto. in c. cum venissent. in fi. de rebus spoliatis, ubi dicit, quod si aliquis tanquam procurator

D meus possessionem huius beneficij pro me capiti: & deinde ille assertus procurator ab alio spoliatur, non prout ego ad effectum, ut mihi actio spoliij competat, possessionem illam ratam habere. Ita dicit ibi dominus Antonius & afferit Rotam ita tenere. Cuius dictum late sequitur, comprobat Alex. in l. quod meo. in 2. col. ff. de acquisitione possessione. Reliqua circa praesentem questionem vide da erunt in regula de triennali, ybi eandem questionem quae ibi in facto contingit, scribam.

QV AESTIO QVINQ VAGESIMA.

V AERO, an possessio annalis ad producendum exceptionem istius regulæ sufficiat, quod adit tempore impetracionis, citationis, aut sententia, haec postea desinat esse?

S O L V T I O. Ita questio per Dominos meos in Reg. in causa Hispanen. Scholastiq coram D. Nicolao Aragon de mense Octob. M. D. xxxiiii. discussa fuit. Et quia causa ex alio cap. tunc fuerat resoluta, inter loquendum dictum fuit, possessionem annalem, pacificam saltem tempore impetracionis requiri debere, quo tempore aliarum qualium hic requisitarum expressio fieri debet, prout regulam prima sui parte disponit. Vnde sicut sufficit dictas qualites impetracionis tempore adesse, licet postea celebrentur non per glo. in versi. canonice. in cap. statutum. de recto libro sexto eodem modo, & qualitas possessionis annalis ad producendum istam exceptionem sufficere debet tempore impetracionis interuenire, licet postea possidorum perdatur. Quia exceptio ex annali possessione precedente impetracionem nascitur, non ex sequenti, vnde tempore impetracionis tempore iam esse annalem, ad effectum, si impetrans seruare hic contenta teneatur, & possessorum exceptio regulæ competit. & hoc clare innuunt verba illius regulæ ibi, per annum immediatè precedentem, &c. Non obstat, si dicatur, quod si possessor post impetracionem, auctoris desinat possidere, impetrans non poterit visque in sententiā causam prosequi, ut hic dicitur. Quia illud est verum, quod ageretur possessorio, sed regula ita secundum Dominos, ut etiam inferius in alia q. dicetur, per nos concernit, super quo possessor ad iudiciū trahitur, & quod debet dari sententia, ut innuit verba tex. ibi, & ceteris.

ipit: & de-
non peten-
t, possessoris
as Antoniu-
e sequitur:
e acquirit:
onem video-
questionem
A. A.
ducendam
d adit to
tentiz, he
os in Re-
lao Arago-
Et quia car-
andum dictum
n tempore
arum qualitat-
regularibus
etas qualia
a celeste-
m, de refut-
sionis am-
fucere ob-
te posses-
te prece-
nde fuisse
effectum, n
o possessoris
t verba illa-
tem, &c. Ne
trationem
erit rique al-
ria illud esse
illa secundum
, penitentia-
tur, & can-
bi, & can-

que sibi ius non competat, &c. non igitur refert, nec re- A
quiritur reum cōuentum tempore prosecutionis cauē, vel
sententia, sed tempore impetratio[n]is annalem fuisse, quo
ad hoc, vt impetrans implere debeat, quod ei incumbit:
euniforma illi per istam regulam imposta est, quae cū
eū impetrante concernat, & in sui o[ri]dium introducta
debet ad vnguem obseruari, & ideo causam contra reū
conuentum usque ad sententiam prosequi tenetur, vt h[ic]
eatur, facit clemen.t. vt lit. pen den. & cap. 1. & 2. eod. titu-
l[is]. Nec ista regula requirit sententiam contra possesso-
nem, quia non respicit factum possessoris, sed impe-
trantis: & ideo regula impersonaliter loquitur, quod eam
prosequi teneatur: & sic, licet reus conuentus desinat esse
possessor, hoc facere tenetur, iuxta l. properandum. §. fin. B
reus. C. di iudic. quia defectus rei actorem nō pro-
sequentem excusare non debet. Quod ex eo etiam suade-
tur, quia licet regula faueat possessoribus: est tamen princi-
piter in fauorem publicum introducta, vt lites terminen-
t, & dixi superius in quadam quæstione, ponderando
eū regula, it i. vt improbi exquirientium lites motus re-
miniscuntur, &c. & genus poenæ Cameræ apostolica appli-
cando. Et ideo impetrans causam terminari facere, intra an-
tiadstringitur, ad effectum, vt litis euētu videatur, an impe-
trantibus improbus litigator fuerit, & puniatur, vt sic mole-
sto[rum] iniusti ex grauitate poenæ deterreantur, aliisque
impetrantes cautiores in posterum reddantur, cū se per
regulam ita interpretata ad causam usque ad sententiam C
prolequendam adstrictos esse cognoverint. Discantque
panter, non nisi ex claro & bono iure, impetrations suas
obtinere, & possessores ex eodem ad iudicium euocare:
de hoc est, quod verba istius regulæ præ se ferunt, ibi, specifi-
cum, & determinatam causam, ex qua clarè constare pote-
rit, quod nullum ipsi possessori in dicto beneficio ius com-
petat, &c. Non igitur curandum est, an reus dimiserit pos-
sessionem, vel ne. Quia sufficit eum per annum immediatè
precedentem impetratio[n]em possidere, vt dicitur hic: vnde
li post citationem definit esse possessor, nihilominus exce-
ptioni regulæ locus erit.

Ex quibus omnibus adparet in prosecutione causæ pri-
uati factum non tam considerari, quam publicum: arg. co-

Drum, quæ not. Bart. in l. agraria. ff. de ter. amot. cum simili-
bus. Ex quo infertur, priuatam personam facto suo à lin-
fe abdicando interesse publico præjudicare non posse, vi-
nota. in l. i. ff. ad Tertul. Imò si possessor post motam litteram
possessioni cessisset: nihilominus à dicto impetrante dan-
na & interesse, quæ possessionem suam contigilent, repre-
tere posset, per istum text. arg. glo. in cap. præteuti. de ob-
fic. ordina. lib. 6. & cap. cæterum. de dona. Possessor ipso
ad effectū prosecutionis causæ, de qualo loquitur illa regula,
nihil facit: nam sufficit qualitatem possessionis ac
tempore verbi, id est, tempore impetrationis, iuxta vulgo
l. in delictis. §. si extraneus. de noxal. Et hoc dicendum is-
det dictio, Exbunc. quæ extremitatem principij refutat.
E secundum glo. in clemen. 2. de hæred. & in clemen. 1. de
patronat. cum similibus.

Nec obstat, si dicatur regulam ita demū impetrantio
stare, quando per possessorum annalem oppositur, at
videtur requiri qualitas possessionis tempore exceptionis
cum hac exceptio fauore possessoris inducta sit. Al-
modo bene quadrat, quod dicitur in d. l. in delictis. §.
extraneus. videlicet, q. qualitas adiecta verbo, debet uti-
set tempore verbi, id est, exceptionis proponenda, cum em-
ptio non detur non possessori. Sed ad hoc respondet
quod possessor sequens impetrationem, non est illa, qui
impetrantem afficit, sed præcedens: vnde impetrantem
re suę impetrationis ad faciendam mentione possessorum
præcedentis, non sequentis, adstringitur, & tunc regula
regulæ circa expressionem nominis & gradus tantum po-
ssessoris adstringitur. Vnde ex quo impetratio semel ad-
eta fuit, dato, quod possessor post impetrationem detinere
possidere: impetratio, quæ à principio fuit nulla, non in-
datur, quominus reus conuentus tunc possessor exceptio
de regula possit, dato, quod tempore exceptionis non po-
siveat. Et ad illud dictum, q. qualitas adiecta verbo, & can-
spondet, quod illud dictum procedit, quando qualitas
non habet tractum successuum, sicut possessor, quoniam
casu potest qualitas verificari, secundum aliud tempus, in
notabiliter illud dictum limitat & declarat Cardina. Zet-
rel. in repet. c. perpendimus. in 8. colum. de senten. excon-
muni. Ybi etiam aliam limitationem ponit, quam vide-

ot. cum simili.
ado suo à bre
non posse, v
l motam lice
upetrante da
tigilient, rep
talenti, de ob
Possestio ign
uitur illa reg
fessionis adh
is, iurta vulg
e dicendum is
cipiij refut
men. 1. dem
impertrans
pponitur, &
re exceptio
usta sit: &
in delictis, &
bo, debetato
endge, cumen
c respondet
non est illa,
impertrans
ne possestio
& runcres
adus nunc p
tio semel ab
ationem det
nulla, non re
lessor excep
ptionis nō po
verbo, & nō
quando qualis
elgio, quan
iud tempul. la
Cardina. Zad
senten. excon
, quam ride

o quibus allegat bona iura. Et ita reperio tempore Sixti, A
secondum istam opinionem excellentissimos Doctores
in quadam causa Burgen. Abbatiae de Villalbuca, consuluis
te, ut patet in primo volumine consiliorum Ioan. Aloisij
Tucani Mediolanensis ad locati tunc consistorialis, fol.
4. Quibus accedent ea, quae in illa questione, De posses
sione cedente dicam.

QVAESTIO QVINQVAGESIMA PRIMA.

VAERO, nūquid regula ista inhabiles ipso iure etiā
per extraug. Bonifacij, Pij, Alexand. & Iulij, contra
non soluentes annatas editas, vel quemcunque
alium inhabilem defendat?

SOLVITIO. Respondetur, quod sic, quia ista regula non
recipit restrictionem de habilitate. Nam licet iura loquen- B
tia de personis, intelligi debeant regulariter de habilibus:
1. C. de sacrosan. eccl. & vulg. l. vt gradatim. ff. de mu. &
ho hoc tamen fallit, nisi constitutio respiciat animæ vel rei
publice commodum: quia tali casu lex generaliter loquēs,
intelligitur etiā de inhabili, vt est tex. singularis in l. si quis
negravi. §. vtrum. versic. is quoque ff. ad Sillan. quem ad
hoc pro singulari notat Ias. in l. qui seruum. in tertia col. ff.
ter verb. oblig. Et prius Alexan. in l. cūm mulier. in pen. col.
foliat. & And. Sicul. in c. 1. col. 24. de constit. & in cap.
roun. num. 233. de iud. & in rub. de rescript. in elem. col. ii.
in rub. de reb. eccl. non alien. in 4. colum. num. 19. & col.
7. no. 225. & alibi sape, vt latius scripti in §. in personam.
intra de actio. Sed illa regula respicit fauorem reipubli- C
ca, cuius interest lites reprimi, vt dicitur in l. properandū.
de iudic. vt dixi superius in primis questionibus istius re
gule. Ergo debet generaliter de quo cunque possesso
intelligi. Et ita semper ista regula interpretata fuit. Inhabi
les intelliguntur quomo docuque inhabilitati, ista regula defen
datur, quæ sola detentione satisfieri videtur, secundum
interpretationem longæuam Rotæ.

Limitatur tamen ista nō procedere in duobus casibus.
Primum casus est in inhabili, ea inabilitate, vt nec etiam
rem detinere possit, prout est hærelicus, cuius non solum
possestio, sed etiam nuda detentio rei prohibita & dānata
est à lege, vt probat Card. Alex. post gl. ibi in cap. quo iu
de. distinet. de quo statim dicam in sequenti quæst.

PP ij

P Secundò fallit in eo, de cuius non titulo notoriè constat, quia talem non defendit regula, ne malitiis & fraudis detur locus, contra cap. sedes. de scriptis facit, quod tradidit Iason in l. i. in prima colum. ff. de operis noui nuntiatione. vbi dicit, quod licet in dubio nuntiatio noui operis, qua in veritate nuntianti nullum ius competit, debemus tendi, & liget: ut ibi est text. vbi tamen notoriè constat non iure nuntiantis, talis nuntiatio debet spenni. Nam gula ista loquitur in eo possessore, de cuius titulo ignoramus, vel sumus in dubio, an habeat titulum, vel nō: quod in rei veritate titulum non habeat, dummodo titulorum non sit, defenditur à regula: secus, vt dixi, in ratio: arg. eorum, quæ dicit Abb. post Innocen. in c. eccl. **E** de causa pos. & proprie. & in cap. ex parte. circa si. de spol. cum concord. & scribit Alexand. in l. naturalit. & hil. cōmune. ff. de acquir. poss. qui volunt, quod licet lariter expoliatus restituī debet: fallit tamen, nisi non de non iure expoliati constaret. Regula igitur ista de intelli. de detinente, quem credimus habere aliquem. Nam possidens per annum beneficium scienti. a. impetrante impetrante, qui prætendit ius habere, præsum ex possessione illa annali titulum habere, vt dicunt. De in c. 2. in f. si de inuesti. feu. inter domi. & in tal. tius. in fin. si de feu. contro. fue. cum concord. vt per consilentes, videlicet, Stephanum Bertrandum. in c. 1. in 10. col. nu. 56. in 1. vol. & ante ipsum hoc sequitur. **F** mi. in consil. 14. circa f. sed quicquid sit de iure in spoliis.

In hac regula tamen cōtrarium seruatur, quia hoc regule de nō titulo annualis possessoris cōstet, siue non cum impetrans seruare teneret hic contenta: & sic si posset nullum ius habet in prosecutione litis, condemnabitur à sua intrusione cum fructuum restitutione amociantur.

Q uæstio. **Q** uæstio. **V** AERO, an regula ista defendat hereticum? **S**OLV TIO. Dominus Guliel. Cassiodorus aduersus egregius & diligens in quibusdam suis collecti. decisionum nouissimum Rotæ, discutit istum articul. pro vtraquæ parte, & certè, iudicio meo, impetratur. Nam ex quo super isto puncto, vt ipse refert in ratio: **I**llerend. præposituræ, de annis m. d. xix. & m. d. xx.

o notorie contraria D. Paulo Capisucco iudicauit Rota, quæ mota fuit A
ciliis & fraudis. facti, quo m
s noui numerantur
nouis operis, d
eit, debetatur
toria conditio
spem. Nam
s titulo ignor
a, vel nō que
mmodo illud
vt dixi, in p
en. in c. eccl
circumst. de
naturaliter, s
quod licet
en, nisi non
igitur ista do
ere aliquem
m scientes
ere, presum
vi dicuntur
sal. & inca
ord. vt per
ndum in c
c sequitur
ure in spo
r, quia huc
sue non est
& sic si pot
indemnabit
e amoneatur
A S E C Y N D A
ereticum?
iodorus ad
am suis coll
curit istum an
co, impetrat
referit in vic
ix. &c. M. B. O
cor

ma tam ratione iuridica: super euacuum videtur argumen
ti contraria contexere, & illa quidem minus efficacia, quæ
occupatis viris legendis melioribus impediti, negotium
eum possunt. Vixum igitur est mihi solum circa illam ratio
nem decisionis, qua tunc Rota mota fuit, insisterem: quæ si
vera est, nō attinet amplius scholastico rum more rem per
abutiones in dubium refricare: sin autem ratio non
finitur, alia fortior quærenda erit.

Ratio igitur decisionis in illa causa Illerden fuit, quia in
heretico reprobatur à iure nō solum possessio, sed etiam

detentio ipso iure: vt tradunt gl. Dom. & Alexand. in c. quo

iure. 8. distin. vbi igitur nō datur possessio, nec detentio, re

gula non procedit. Ita est summa decisionis Dominorum B

comprobata multis rationibus. sed ista cæteris est effica
cior, & magis proxima: alia vero ab extra tendunt.

Videndum est igitur, num ratio ista subsistat: & certè nō
video vbi probetur in iure, quod hereticus priuetur ipso
in detentio, & quod talis detentio adeò in eo sit dam
ata, quod illi defensio istius regulæ prohibetur: cum igit
reperiatur hoc iure cautu, erubescimus sine lege lo
qui ego solis. 9. distin. facit tex. in c. illa. ne sedē vac. Nam
vincit Bald. in c. nihil. de elect. quod lege nō caueretur, in
prædicta nō habetur, quia paria sunt, aliqua sine lege face
re, vel contra legē, vt ipse Bal. dicit in ca. in Genes. in
l. col. de electio. sequitur Ias. in l. singularia. in 7. col. ff. si
teret. Hinc illud emanavit, quod Ant. de But. dixit, quod C

ollimus iudicare contra communem opī. nō habentem

cūsum legis pro se, vt refert Ias. in l. illam. C. de colla.

Pro qua opin. adduco duas rationes iudicio meo effica
cias. Prima est, quia, vt dictum fuit supra q. proxima, regula
ista restrictione de habilitate personarum non recipit: sed
quicunque inhabilis, & nudus detentor tueri se regula ista
potest, qui non tam possessoribus ipsis fauet, quam impe
nitentes insequebitur: & sic principaliter regula inducta est in
odium exquirētiū lites, sed istud odium calumniosè im
petrantū nō purgatur, nec cessat propter hoc, quod pos
sideret sit hereticus: ergo debet habere locum regula, quia
propter hoc hereticus non manet impunitus, cūm possit
ibidem impetrante seruante requisita in regula priuari b
PP. iij



D neficio, & amoueri à possessione. Nec obstar, quod hæreticus expoliatus non restituitur: quia hoc non facit quomodo ut non debeat regula: quia videmus execrabilem expoliatum non restitui. Ut cōclusit Rota in una Ginen. pro ratus coram R.P.D. Petro Vortio, de anno M. D. XXX. proportiones, & autoritates, de quibus inferius in quibz. & execrabilis, & etiam in regula de triennali, in 10. quibz. & cam, & tamen ille vtitur beneficio istius regule, & eius de triennali, vt meminit Calsiod.hic. Et dicam latius unde loco. Igitur argumentum non est concludens.

Secunda ratio est, quia videmus, quod licet hæreticus priuatus ipso iure beneficiis: tamen non potest amari, nisi prius citetur, & sententia declaratoria contra eum promulgetur, vt dicit text. in c. cūm secundum. de hæret. lib. 6. Et hoc idem est in execrabilis, vt patet in ca. licescopus. de præbend. lib. 6. Sed antequam declararentur, datum est eos beneficia detinere, quia hæresis vel execrabilitas facultatem facti non auferunt, quia talis facultas non potest nisi a iudice tolli. Nam fieri nullo pacto potest, nisi lex, quominus quis aliquid detineat, vel de facto factum etiam in seipsum sœviat, nisi prohibeatur a iudice, ut in titu. ff. de his, qui sibi mor. consci. Nam licet lex prohibere possit detentionem iuris: non tamen potest prouidere quin aliquis si vult beneficium de facto non occupet, si la detentio facti sufficit, quo ad istam regulam secundum interpretationem Dominorum.

F Non obstante notata in d. c. quo iure, quia licet illa atri possent, cūm nō sit lex aliqua hoc prohibens: nihil minus dici potest, quod illa detenta, quæ prohibetur humano, debet intelligi in dubio de detentione iuris, non aut dedetentio nudi facti, qua sola cōtentia est regula illa secundum communes regulas, appellatione detentionis intelligitur de detentione iuris, non facti, vt latè tradidit. Lexan. in l. 1. in prin. in 16. col. versi. querit Bart. ff. de securitate possit. Et licet dicta decisio istis rationibus expugnatur, tamen in iudicando magna est autoritas illius gemit. & Præpositi, licet nihil allegent. De hoc tamen regula de triennali adhuc aliquid dicam. Et ista omnia quæ dicta sunt, procedant in possessore hæretico: in imprudente vero hæretico, dixi superius in tertia quæstione.

QUAESTIO QVINQVAGESIMA TERTIA.

A

V A E R O , an ita regula defendat possessorem pri-
uatum beneficio, ob non solutionem pensionis?

SOLVTIO. Rota istū casum de anno M D . X X I X .

mense Octob. corā Staphileo deciderat, vt adnotauit D.
Iud. Gāmarus auditor insignis in memorialibus suis.
Erodūerunt Domini, q̄ talis possessor regula nō defen-
datur. Ratio fuit, quia licet ista regula sit inducta in odium
imperatis, tamen ex quo consentiens pensioni, videtur à
principio cōsentisse priuationi ob nō solucionē, nō debet
amittere regula, nec potest in hoc cōqueri, quia cōsentien-
tē volenti nō fit iniuria: vulg. l. scienti. de regu. iūr. lib. 6.
Et sic isto casu initium attenditur: argu. eorum, quæ dicit
Lap. alleg. lib. 24. Hinc est, quod licet paupertate oppres- B
sis lōcāt cōcedi beneficiū c. Odardus. de solut. securis ta-
mē et in debitore pēsionis, vt dixi latē in tract. signaturæ.

QUAESTIO QVINQVAGESIMA QVARTA.

V A E R O , an regula ita defendat execrabilem pos-
sessorē annalem?

SOLVTIO. Potest dici quod sic, quia defendit
quilibet detentorem, dummodo detentio nō sit impro-
bā à iure, vt in hæretico, de quo proximē quest. 52. dixi,
& in execribili expeditum videtur: quia plures fuit di-
ctum in Rota, execrabilem saltem detinere: quia à deten-
tione nō reperitur prohibitus, quinimo neque possessio-
nem amittit, sed vt ea priuetur, debet prius citari, vt patet
in licet episcopus. de præbend. lib. 6. & faciunt ea, quæ di- C
cāt Pet. de Anch. consil. 117.

Sed pro vera resolutione istius q. distinguendi sunt duo
casus. Primus est, quādo beneficia incompatibilia non de-
tentur ultra tempus contentum in d. extraug. execrabi-
lis. Et itali casu, quia datur possessio, aut saltem detentio,
inveniunt ista regula, & ita procedit tex. in d. ca. licet episco-
pas. Secundus casus est, quādo execrabilis detinet benefi-
cia ultra tempus præfixū in d. extraug. & tunc, quia extra-
ug. prædicta seruationē inducit, cum decreto posset tene-
re execrabilem nō defendi ista reg. Ratio est, quia per de-
cretū seruationis annihilata & improbata fuit quælibet
possessio, & facti detērio, vt dicit notabilis decis. i. in titu-
lo ref. spol. decis. i. in antiquiori. Et ybi nō datur possessio
PP. iiiij

D vel detentio, ista regu. non habet locum. Hinc voluntata in vna Gienen. de qua in proxima q. faciam mentionem, quod talis expoliatus non restituatur. Quod etiam tenuerunt Moder. in tract. reseruatio. in 4t. effectu. Sed quicquid sit, Rota tempore meo tenuit utrumque casu contrarium, quia ex quo ista regula nullum requirit titulum, neque nam fidē, quilibet occupatio sufficit in odium impetratum beneficia possessorum viuentium certo modo.

Q V A E S T I O Q V I N Q V A G E S I M A Q V I N T A

Q V A E R O , an regula ista obstat impetranti beneficiū per alterius affectionē, vel per nō promotionem
E S O L V T I O . Quidam antiqui Doct. vt loachide Narnia.Ioan. Aloisius Tuscanus Mediolanen. & alij plati que tenuerunt, regulam hoc casu nō habere locum, visparet lib. i. & 14. allegat. illorum temporum: moti hacten ratione, quia regula loquitur de beneficio vacante persona alterius, quam possessoris, & sic ex antiqua ratione ante possessionem annalem, vel post, & rati casum petrati post possessionem annalem obstat regula. sed hic non verificantur in vacatione cōtingente ex persona possessoris, eo maximē, quia ista est quædam priuati iuri.

Tamen quicquid ipsi dicant, Rota contrarium tenet. Ut refert hic Glossator in fin. & sequitur d. Guliel. in coll. etia. decisionum Rotæ. Et ita etiam in vna causa capellani Placen. coram d. Staphileo 29. Octob. M. D. XXIX. contum fuit, vt attestatur d. Pet. And. Gammar. in quibus suis memorialibus decisionū Rotæ. Ratio decisionis fuit quia ista regula indistincte loquitur: ergo non est facie differentia, an aliquis ex persona possessoris, vel alterius impetraverit: quia dummodo aliquis sit intrusus per annum anteā, & pacifice per dictum tēpus possideat, enī eius regula, & hoc idem in execrabilis, & non promoto cū habebit: quia illi antequā possessione priuētur, possum per annum beneficia detinere: & talis possessio, sine detinio ante sententiam consideratur à iure, vt patet in episcopat. episcopus. de præb. lib. 6. vbi tex. disponit execrabilis antequā citetur, à possessione amoueri nō debere, ex quo adparet possessionem illam ante amotionis tempus collatā dici posse. Hinc est, q. est locus restitutio, si illi expoliatur, vt dicit Compilator decisionum Rotæ in tunc de

c. volv. R.
 mētio. nēm.
 etiam tenua.
 sed quicquid
 contraria.
 n, neque
 m imperia-
 rido.
 INTA
 ntibene-
 motione-
 vt loach.
 & alij ple-
 o cum, vi.
 noti haciz
 io vacante
 antiqua va-
 tali calu-
 gula. sed ha-
 personap.
 iatio iuri-
 cium tem-
 d. in col-
 sa capellana
 x ix. conti-
 n quibusu-
 citio nra fin
 est facien-
 vel altera-
 rusus per-
 deat, erit li-
 promoco lo-
 éetur, possit
 o, siue dete-
 ret in cap. &
 execrabilen-
 bate, et quo-
 tempus col-
 si, si illa ex-
 in tim. de-
 rell.

gispolia. decil. 3. in ultima additione.
 Sed ultraius cogitanti videtur adhuc primam opin. susti-
 teni posse, in qua Glossator hic, & antiqui aduocati fuerūt.
 Ius illius opin. est, quia illa impletatio, de qua hic queri-
 mus quādā priuatio iuris: Et quemadmodum superius
 diximus in alia quæst. regula ista locum non habet in im-
 plemento per priuationem, rationibus & argumentis, de
 ebus ibi latius dixi. Tum etiam, quia si conitat possessio-
 ne esse execrabilem, adparet de notorio non iure eius, &
 per consequens eius possessio & detentio improbatur à
 iure, adeò q̄ si spoliatur, restituī non debet, sicut de hæreti
 superius diximus. & licet Compil. in d. decil. 3. tenuerit
 execrabilem expoliatum, esse restituendum, eius op. vltra
 doc̄ q̄ est vnius tantum do. et. nihil tamen pro sua op. alle-
 gar. Imò contra eius opin. conclusit tempore meo Rota in
 ma Gienen. beneficiorū coram R.P.D. Petro Vortio, nūc
 vīscopo Aquen. M. D. XXXIII. die 8. Octob. cōtra Rode-
 nium Lopez pro quodam capellano, & familiarī Reuerē.
 Ord. Gienen. aliās Baren. vt ego tūc adnotauī, quæ voluit
 execrabilem expoliatum non esse restituendum. Pro qua
 decil. inter plura, quæ breuitatis causa omittuntur, allega-
 tum fuit consi. Old. 227. vbi expressē tenet execrabilē non
 esse restituendum. & idem probat Rom. in conf. 499. & est
 decil. Dominorū in antiquis. nu. 371. cum qua transit Abb.
 in disput. Titius. in 3. dubio. &c in ca. in literis. colum. penul.
 deret. spol. Corset. in tract. de rest. spol. fallen. 17. & 33. Nō
 enim videtur iuri nec rationi cōsonum, vnde quis pecuniam C
 meretur, præmium & fauorem reportare. l. cōgruit. de of-
 fe. p̄t. & quia reseruatio d. extraug. inficit etiam deten-
 tionem, vt probo superius in alia q. sublata igitur deten-
 zione, regulā ista locum non habebit, nisi dicamus, prout
 in illa q. de hæretico dixi, execribili prohiberi detentioē
 iuris, prout in dubio præsumitur, nō autem detentionem
 iudi facti, quæ quo ad istam regulam sufficit: & quia regu-
 la de triennali execrabilem defendit, vt tenuit Rota, & ibi
 laissimè dixi: ergo idem dicendum esset in ista regula: aut
 eodem modo tenendū esset in utraque, nec titulus colora-
 tus in regula de triennali deberet illum iuware: quia si ex-
 crabilis prohibitus est possidere & detinere, sine possensi.
 p̄cipiētio nō procedet, vt dicit reg. iuris: nec titulus quō

PP v



D
ad possessionem aliquid facit, quād illa prohibetur, fertim, quia Gemi. in d. cap. licet. negat execrabilē habere possessionem, neque titulum coloratum. Pro resolutione igitur istorum videnda sunt, quæ in dicta regula scriban.

Q Y A E S T I O Q V I N Q V A G E S I M A S E X T A .

V A E R O , an primus resignans possessor annalit. fendi posuit ita regula contra tertium resignantem habentem causam à secundo resignante;

S O L V T I O . Ista quæst. fuit proposita per d. Iacobum monettam mense Iulio m. d. x x i . in causa Hispanie nefiorum, & tunc prima facie fuit dictum per Dominum animo melius deliberandi, quod non, quia talis religio videtur habere improbam detentionem, adeo quod ipsius

siam, & interim expectabimus decisionis euentum.

Ho parte igitur negariua, quod noua sit satisfactum re-
gle, facit, quia ita regula in odium impetrantium mole-
stum possidores edita fuit. Ergo illis implemetum re-
gule incumbit. l. 2. cum vulg. ff. de condit & demonstra. Et
iuxta, ut superius dictum est in alia q. quando in constitu-
tione tempus ad aliquid faciendum adponitur, tunc indu-
bitur forma, & in formalibus non potest quis factū
per alium adimplere, sed ipsem, cui posita est lex, & data
iuxta, hoc facere tenetur, ut tradunt Moderni in ca. quo-
dam 23. distinc. & patet in l. 2. C. de sentent. ex peric.
mag. vbi sententia, quæ debet legi per iudicem, non po-
test legi per notarium. Simile videmus in decreto super a-
ccusatione rei minoris, quod non potest per procurato-
ris, sive consilii, sive concilii, sive concordie, sive
venustatis, sive velit honoris, sive generalis congre-
gationis, sive officii, sive non de-
cione non debet. Et ita constat
ratio tota
rem, & immo-
ferentur. Nam
tutur n. M. I.
s. Sanchi. Cu-
moresem obli-
judicavit. At
t possidente, si
ar à iure, sive
amant.
Q. V. 111.

Secundò pro ista parte facit ratio, quia per istam regul.
poterit imponit ut impetranti, quæ non possunt impleri per
possessorem. Nam reg. ista vult, quod impetrans in sua im-
putatione exprimat nomen, gradū, & qualitatē possesso-
rum, quod annis ille possederit, &c. Ista enim concernunt
impetracionem, & gratiam molestantis, quæ non imple-
tur, nec seruantur, ex eo, q possessor impetrantem ad iudi-
cium vocaret: quia in tali vocatione ista non exprimuntur,
nisi quam ibi impetrantia. Dato igitur q forma h̄c indu-
bitur, per alium impleri posset, respectu citationis infra se-

D mestrem facienda , non tamen alia requisita implei pos-
sent, cūm ad reum possessorē non pertineant, sed concer-
nant gratiā impetrantis: vnde nisi seruetur contextus re-
borum ihsus regulae ad vnguem , non dicitur satisfactio
formæ, vt dicit Bal. in l. i. ff. de libe. & posthu. per l. cūm
§. si prætor. ff. de transact. facit bonus text. in c. i. de bupi-

Sed pro parte contraria facit, quia nihil intereat quid n
æquipollentibus fiat. l. si mater. C. de inst. & subst. Et ihs
reg. habet locū etiā in formalib. vt patet in l. in condic
nib. §. si patronus. ff. de cond. & demon. & in cle. causam
de ecle. tradit. Soci. in l. 4. in prin. ff. de cond. & demoz.

Cūm igitur per citationē possessoris habeatur effētu
ad quem inducta fuit ista regula, non curatur modo
E cle. causam. & tradunt Doct. in c. fin. de elect. lib. 6. &
de uno quoque. ff. de re iudica. & in l. i. §. si stipulant. ff.
verb. oblig. vbi Lācellotus Galiaula notabiliter loquitur.

Præterea, quia in correlatiis etiam si alteri eorū sicut
forma , alter tamen illud idem faciendo satisfaciens
decisi. est Dominorum 6. & 7. de appell. in nouis. vñlo
pro forma sit datum appellanti, quod causam appellati
nis infra 10. dies committat: tamen si appellatus illa com
mittit, est satisfactum dispositioni. Nam, vt ibi dicunt, ill
gentia appellati prodest appellanti. Et ita hodie, quoniam
meratur 12. Octob. m. d. x x x i i . fuit pro ista parte affi
mativa conclusum in Rota per omnes Dominos vñl
ter in prædicta causa Hispalē. quod nota. & ad modum
F periū facta patet responsio ex his , quæ Doct. tradidit
locis superius allegatis, quæ breuitatis causa non refini-

Adde, quod istam partem tenuit iterum Rota, die sol
niij m. d. x x x i x . in vna Conchē. beneficij sancti Michae
lis coram D. Io. Paulo. In qua quidem Franciscus de Mor
illa impetravit beneficiū possessum per annum, per con
dam Io. de Morillas non facta mentione istius regulamen
ipse Ioan. Morillas commisit causam contra franciscum,
qua pendente, fuit lata sententia canonizatio in
fauorem dicti Francisci, quæ fuit in secunda instantia con
firmata, in tertia vero in instantia Io. de Morillas excepta
ista regula, & nitebatur nullare illas duas sententias utrō
latas, propter verba regulae, ibi: Alioquin impensu
prædicta, & quæcunq; inde secura, nullius existantur.

ta impleti po-
nt, sed conser-
vatur satisfactio-
nem per l. cum
in c. de bisp.
inter est quide-
& subst. Et iu-
l. in condic.
in cle. cuius
l. & demor-
eatur effectu-
tum de modis
& lib. & de
stipulantiis
militari loqui
ri coru sedu-
cuntur facit for-
mouis, violen-
tiam appellan-
latus illi com-
ibi dicimus, illi
o die, que
ista parte affi-
minos vacan-
z ad monisti-
o et traduci-
sa non refu-
Rota, die satis-
fandi Michae-
liscus de Ma-
nnu, per cuius
ius regulas
contra dilec-
torum in instan-
tia excepsit
sententias res-
ponsum impetrans
existens fons

tris, &c. quæ verba videntur annullare sententias ex de- A
ficio iurisdictionis, ex quo Franciscus non commiserat
causam infra sex menses, ut dicta regula.
Breuer, Rota conclusit sententias non esse nullas ex
defectu iurisdictionis, quia licet Franciscus non fecerit di-
ligeniam committendi causam infra sex menses, tamen Io.
Morillas aduersarius illud fecit, & sic diligentia aduersarij
prodest colligant. Itaque bona fuit iurisdictionis, licet sen-
tentia sit iniqua ex defectu iuris, quod ius annullatur per
argu. l. i. §. item cum contra. ff. quando appell. sit. Nam
non est doctrina Abb. & Doct. in cap. quoniam contra. de
probat. quod sententia ex defectu iuris partium, non dici-
tur nulla, sed iniqua, & ideo transire potest in rem iudica-
tam. Bona igitur hic fuit iurisdictionis: quia una pars potest B
supplere, quo ad iurisdictionalia, quod alia facere teneba-
tur, vi not. in l. fin. ff. de offic. prefec. vrbis. & in l. si man-
tineret. §. si hi ff. mandati. cum concor. que tradit gl. ma-
gna ante si. in l. 2. ff. de admitt. rer. ad ciui. pert. faciunt quæ
bat Barto. in l. Aristo. in fin. ff. quæ res pign. obliga. poss.
Nec inconvenit, quod una persona inhabilitata conse-
quatur per alium, quod per se non potest: ut patet in cap.
pertus. de arbit. cum concor. ut scribit Felyn. in cap. i. in
4. sol. de prescript.

QVAESTIO SEXAGESIMA SEXTA.

V AERO, nunquid sit satisfactum isti regulæ in se-
cunda & tertia parte eius, si impetrâs infra sex men-
ses causam commiserit super possessorio, & posse C
forem citari fecit, & infra annum sententiam obtinuit, an
vero requiratur sententia super petitorio?

SOLVITIO. Ista q. fuit posita in Rota de mense Octo-
bris M. XXXIIII. & decisa anno sequenti per dominum
Nicolaum Aragona in eadem causa Hispanen. Scholastriæ,
& fuit conclusum, quod reg. ista concernat petitorium, &
ac quod non sufficiat sententiæ infra annum habere super
possessorio. Pro qua parte ultra plura alia adducta perme-
tillios Dominos, ponderabatur verba istius regulæ. Pri-
mo ibi, dum dicit: Beneficiū impetraverit, &c. Nam clarū
est, quod ista verba, quæ impetrationem concernunt, peri-
torii & proprietatē denotant: quia possessio certo modo
impetratur. Secundō ibi, dum dicit, quod impetrans

Din impetracione sua debet exprimere specificam & determinatam causam. ex qua clarè cōstatre poterit nullum ipso possessori in dicto beneficio ius competere, &c. Ita etiam verba (quæ fundamentū intentionis agentis concernunt, & super quibus lis exordiri debet) petitoriū denotant. Nam quādō tractatur de sola possessione, non queritur, an in competit, vel non, vt not. in c. in literis. cum leq. de rebus spoliis. Tertiō ponderantur illa verba, ibi, Causamq; extenuat desuper. quæ verba connectūt prioribus ratione dictio extunc, quæ extremū coniungit, & respicit tēpus imprestationis, vt in ca. si eo tempore de rescript. lib. 6. & petitorium respicit. quod clariū indicat illa dictio, Desuper, de sui natura petitoriorum magis, quam possessori con-

Enit, vt patet in l. codicilis. §. institutio. cū vulg. ff. de leg.

Cūm igitur ista tria sunt in text. connexa, & ab imprestatione dependentia, quæ circa ipsum beneficium venit, est dicendum, regulam non habere locum, quando possessorio agitur: & ideo diligentia imprestantis circa possessorium, videlicet in trahendo possessorum infra sex menses ad iudicium, & causam usque ad sententiam prosequenda, non eum ab exceptione regulare liberat, quæ praedicta annales diligentias & solennitates in petitorio obseruantur quirit. Et ad istum effectū fuit alias in Rota ponderantur regula in illa dictione, Desuper, in vna Casaraugustana chipresbyteratus coram Domino Camillo counta N. lauerde. Et ita secundū dictam decisionem in dicto

Csa Hispalen. facta nouissimè in vna Giennen. Prioratus Villanova tenuit Rota de hoc mense Decembri 1519. coram R. D. Io. Mohedano.

Et ista omnia putarē esse vera in mero & simplici possessorio, in quo prædictæ decisiones loquuntur. Secus tamq; possessorio, quod petitorij causam habet annexam, ut possessorum adipiscendæ: quia in tali casu putarē sufficiat. Etum esse reg. si impretrans in tali iudicio requisita regula uaret, non intentando alter merum petitorium. Ratiōnē quia de tali possessorio iudicamus ferè idem quod de petitorio, vt in exemplo, de quo per do. Anto. in c. ff. de m. & in c. literas. de iur. cal. Hinc est, q; libellus super tam possessorio trahit ad se proprietatem, vt tradit Is. in dicto in 8. col. ff. si cer. pet. & pro tali possessorio aliquando

ficam & determinat. nullum ipsius
erit nullum ipsius. &c. Ita etiam
concernit, &
denotant. Nam
queritur, an in
seq. de rela-
tusamq; exim-
ratione dicta
icit tempus
lib. 6. & per-
o. Desuper.
Testiorum con-
vulg. ff. de la-
, & ab im-
ficium veniu-
, quando polo
circa pollicem
infra sex menses
prosequeatur
ae predictarum
o obserueret
a ponderante
araugustam
o contra N.
em in dicta ca-
en. Prioritate
decembrii 11
simplici pol-
i putare falso
equifita refle-
cum. Ratiocin-
m quod de po-
. In c. si de sub-
is super tali
Iaf. in h. a
o aliquando
R R

313
dicatio cōpetit. l. officium. ff. de rei ven. & not. glo. in c. A
taminata. de iud. quia talis possessio reputatur res ipsa. iu-
mag. o. si. in l. fi. ff. vslus fru. quemad. caue. Et in tali posses-
sione possunt verificari ea, quæ dicit Decius in ca. causam.
n. & 3. col. de iud. videlicet, q; causa possessionis est ar-
ea. & ea quæ tradit Rota decil. 9. tit. de cau. possess. in no.

QVÆSTIO SEXAGESIMA SEPTIMA.

V A E R O , an sex menses ad citandum, de quibus lo-
quitur ista regula, computentur à die datae impetra-
tionis, an vero à die expeditionis bullarum, vel
commissionis cause, vel citationis decretae, vel executæ?

SOLV TIO. Glossator hic dicit, quod isti sex menses cur-
rent à data impetrationis, non expeditionis bullarum, vel
commissionis. ponderando dictionem, Tunc, quæ deno- B

at extremitatem, iuxta gloss. in clementina secunda, de

zaret. cum concord. vt hic per eum.

Adverte, quia dictio Extunc, nō adponit termino sex
mēsium: sed termino anni, infra quem causa debet termi-
nari patet ex litera. Et dictio Alia, tūc apponitur posses-
sori immēdiatē praecedenti, & non termino sex mēsium.

Sed pro opin. Glossatoris, videlicet quod sex mēses in-
cipiant à tempore impetractionis, ultra gl. in clem. fi. de re-
imp. quæ videtur facere ad propositum, pondero istam re-
gulam, quæ requirit plures qualitates copulatiuē concur-
ter tempore impetractionis faciēdā. Primō, quod nomē,

gadūm, &c. exprimat. Secundō, quot annos possedit. Ter-
tio, specificam causam, ex qua constare posuit nullum ius C

possessori competere. Quartō, quod infra sex menses ad
notitiam vocent. Istae qualitates ponuntur copulatiuē, &
immediatē post impetractionem. Ergo per hoc datur intel-
ligi, quod ab illo tempore incipient. Nam qualitas adiun-
cta verbo, debet adesse tempore verbi. cap. licet canon. de

dict. lib. 6. cum vulg. Si adesse debet tempore impetra-
tio. Ergo ab illo initium capient illi sex menses.

Tamen istis non obstan. contrarjum potest attentari,
præponendo prius, quod in q. præsenti considerantur
extrema: licet Glossator tantum duo considerau-
et quibus sex menses præfati possent initium capere, vi-
telicet extrellum impetractionis, expeditionis bullarum,
ista duo tempora, siue extrema tantum cōsideravit Glo-



Dsator. Tertium est tempus commissionis. Quartū est
pus citationis decretæ vel executæ. Itē aduentum dūni
aliud, quōd ista regula est odiosa, & contra ius comm
multis rationib. vt dicā in q. sequen. Et inter alias tam
est vna, quia per istam regulam quis compellitur in
agere contra rubricam & nigrum. C. vt nemo inveni
quia gratia, quæ de sui natura debet esse perpetua, tem
poralis, tunc sic quando aliqua constitutio est, concu
cōmune int̄pretāda est, vt quoad fieri possit, ministr
ueretur iuri communi. cap. causam, quæ de recipi. cap.
per eo. de offi. deleg. Sed certum est, quod si iiii menses
merantur à tempore commissionis, vel citationis, min
aduersatur iuri communi, ex eo, quia minus arctare
petrans agere, cūm interim habeat tempus longius ac
liberandū, an velit experiri in iudicio, vel non: & hī illō
pore nō cogetur, & distantia temporis induceret forti
fanius litigandi consilium. Nam opinione hominum
tempore facilis mutantur, vulg. c. nō debet. de cōlā
affin. & multa impetrantur, quæ non prosequuntur, nō
Titia. de verb. oblig. Quod non esset, si sex menses om
rēt à die impetrationis. Nam metu pœnae cogeretur ap
cōtra ius commune, & non agēdo perderet gratiam, &
secūdū ius deberet esse mansura & perpetua, iuxta a
cet concessum. de reg. iur. lib. 6. & c. i. de capel. mo. et
Præterea, capienda est illa interpretatio, per quā non
quis ledatur, quia in pœnis, quod minimum est, sequi
Fvt dicit regula iuris, maximē quando actus nemini
& mihi prodest, iuxta l. 2. cum ibi nō ff. solut. mari. Sip
caſu ista impetratio nemini nocet: quia per em
efficitur beneficiū litigiosum. Item, quando magis imp
trās differt caſam committere, est sibi magis damosum,
quia poffessor interim gaudet fructibus, & de annuo
foffore poffet fieri triennalis, quæ excludit totaliter imp
trantē. Itaque cūm magis ex dilatione citi di poffellum
recipiat dannum impetrans, quām commodum, nou
bet arctari, vt infra sex menses à data impetrationis
poffessorem: nam isto modo interpretando minus q
ius commune, & magis adhāremus ei, vt fieri debet, nō
c. cūm dilectus. de confuetudi. & d. c. causam, quæ. Secon
diendo numerare illos sex menses à die cōmissionis, nō

tionis, no
mular de
ponis ex v
coactus erg
miser. ad V
de à die cō
beneficiū li
mūculo de
temporis li
longit. o
nentes num
Præterea
uniter Do
namus, quōd
hī endū
re curer ill
ditionis & c
tū singulā
m. alleg. c
dūcūr ibi v
en, quōd q
te cuius, re
tēa curer
mēdūm, in
dicūm cuo
dīcīs, tanqu
zē non possa
pē. Non o
derentur, nīl
curī ad sex
hoc adaptan
verbī, &c. q
zōni, fed po
lo prima op
ora: & ide
Omissis t
Eugenij d
emittit re
zōgi & de

REG. DE ANNALI POSSESSORE. 31
parti est, et
terendum ius
communis
alias ratios
ellitum in
an inustus
perua, fites
it, contum
it, ministr
escripsit, cap
tisti mense
rionis, min
arcatus
longus ale
& facili
ceret for
homini
de colata
untur, ap
menses cum
geretur qu
gratiam,
a, iuxta c
mo. ea
qui mai
st. sequi
emina nos
matri. sed
per em
magis imp
damostr
e annales
aliter imp
possester
am, non
rationis
minus
debet.

unionis, non sequuntur tot absurditates, ex eo, quia tunc A
consistat de deliberata mente impetrantis volentis experiri
potius ex voluntate & arbitrio suo, cu[m] n[on] cogebatur, quam
modus: ergo viam, quam elegit, ipsa pateat tibi, iuxta l. si
miser. ad Velleja. Et quod tali calu incipient illi sex men
si die cōmissionis, est fauor possessoris, ne diu habeat
beneficio litigiosum, quod mutua in commoda assert. ut to
niculo de litigiosis. Item, quia per talem pr̄scriptionem
emporis lites incep̄tae abbreviantur, & habent exitum.
Sicutur, omnibus consideratis, dicendum est, illos sex
males numerandos esse à tempore commissionis.

Præterea, pro ista opin. faciunt ea, quæ tradit Bar. & cō
munit Doct. in l. si cui legetur. de leg. l. vbi querunt, po
namus, quod vendo tibi rem cum termino vnius anni ad B
oleudum pretium, dubitant ibi Bart. & alij, à quo tempo
recte ille annus, an à tempore contractus, an verò tra
ditionis & concludunt, quod à tempore traditionis, per
singularē in l. tali ff. de iure dot. licet ibi Ias. in 3. co
mune alleg. cōcordantem in l. si ita quis permiserit, in prin
cipe verb. oblig. Et inter plures rationes, pro illa decit. ad
ducatur ibi vna per Ias. quæ quadrat in proposito, videli
te quod quando terminus assignatus est respectiu[m] cer
te causa, requiritur quod illa causa prius existat, à qua de
bet eundere. d.l. tali. Sed in casu nostro iste terminus sex
mensum, infra quem tenetur impetrans possessorem ad iu
dicium euocari facere, est relativus ad commissionem iu
dicis, tanquam à causam agentem, sine qua ciratio emanata
non posset: sicut ab illa debet ille terminus initium ca
pet. Non obstante allegata in contrariū: quia si recte consi
derentur, nihil faciunt: quia, vt dixi, dictio Tunc, nou per
cum ad sex menses, vt voluit glo. nec glo. cle. si. potest ad
 hoc adaptari. Nec minus illud facit, quod qualitas adiecta
verb. &c. quia qualitas sex mensū nō est adiecta impetrati
onis, sed potius cōmissioni à qua dep̄det. Sed quiquid
la prima opin. Glossatoris, seruatur hodie in Rota, & in
casa: & ideo tenenda est, per rationes superiùs factas.
Omissis tamē ambagibus tota ista difficultas per regu
lū Eugenij decidi videtur, cuius tēnorem superiū in pro

RR jj

VAERO, an annus ad terminandam causam per
petrantem cōtra posseſſorem annalem, de quo i-
guitur ille tex. currat impetrati à die impetrati
nis, an commissionis, vel citationis executarē?

SOLVTO. Glossator hic tangit quātionem, & con-
dit, quod currat à die citationis executarē. Mouetur illa-
tione, quia vbi cunque à lege datur duplex terminus finis
actori&reo ad aliquid agendū, debet intelligi lapsus pīmo
termino, iuxta not. per Bal. in l. contra maiores. C. de mol-
fi. testa. Sed in quāst. proposita datur duplex terminus, pe-
istam regulā. Primus, sex mensū ad citandum posseſſorem.
Secundus, est annus ad prosequendū, ergo ille annus
E curret, nisi à lapsō primo, iuxta doctrinam præallegum.

Addo vltra Glossatorem pro isto dicto suo text. in l.
sed sciendum, & §. largius. ff. de succes. edict. & in l. fin-
sin autem dubius. C. de iure delib. & ca. cupientes. §. tra-
rum. de elec. lib. 6. Et subdit Glossator se credere Rom-
sic intelligere istam regulam.

Quid dicēdū? Mihi videatur, omisssis ambagiis, quod
ista opin. Glossatoris sit sanior, & vera. quam vltra ipsi
pluribus rationib⁹ comprobo.

Prīmō, quia clarum est, quod nō prius de iure canonicō
cui præscriptio super aliquo iure, quam prius consteret
ius fuisse in esse productū. l. cūm notissimi. C. de prelato
30. vel 40. anno. Sed itud ius impetrantis, à quo exi-
tur per lapsū anni in esse produci non potest antea
ciū, quod incipit à citatione, vt in §. fin. institu. de pen-
litig. & not. Hostien. & Ioan. And. in cap. quoniam in re
citationem. de proba. & glo. 2. in clemen. 1. de iudic. Ego
quo ad hoc, vt excludatur per lapsū anni, requiriatur
tio præambula, vt ab illo tempore currat annus.

Præterea, instantia, seu facultas prosequendi ius mon-
non est præfinita de iure canonico aliqua temporis min-
ut. vt est text. in cap. fi. de iud. Regula vero ista præfiniti-
tatem agendi per annum. Ergo ille annus nō prius em-
p̄ se videtur, quam sit cōceptum iudicium, de cuius prole
di facultate tollenda agitur. l. si seruus hereditarius. & in
stipu. ser. & l. tali stipulatione facta. ff. de iure dot. & l. di-
dem. in principio. ff. de condi. & dem.

Prīmō

Præterea, quia clarum est, quod iste annus ad finem A
 causam hic præfixus, per istam dispositionem nouam vide
 in loco instantia subrogari. Et licet hic de tempore quando
 nomen debeat, nihil dicatur: tamen hoc facile intelligere
 possumus ex theoria omnium Doctorum, ubique tradi-
 em, & condicione illa in
 terminus finitimi lapsi puto
 possessorum
 te annus
 reallegamus.
 o text. in lib.
 & in l. lib.
 entes. §. et
 cedere Rom.
 agibus qui
 in ultra ipsius
 ure curia
 conster illa
 de premissis
 quo eximis
 est antecip
 de paratu
 iam. in vell
 e iudic. Ep
 equitum ca
 us.
 di ius mone
 aporis metu
 et finitimi
 prius capi
 s protestan
 tarius. de le
 tot. & l. lib.
 P. 111

quia volunt, quod quando in lege noua de aliquo dubi-
 um, illud declarationem recipit à lege antiqua, ut not.
 in l. scidum. ff. qui sat. cog. & in l. fed & posterioris. ff.
 dieg. Sed in lege antiqua communis non reperitur, quod
 initia incipiat ante citationem, sed incipit post citatio-
 nem, ut in l. properandū. in pr. n. C. de iudic. ca. cum sit Rom.
 appel. & in c. ei qui appellat. 2. q. 6. & in authē. ei qui. C.
 tempo. appel. Ergo ista reg. in dubio debet interpreta-
 sedem à iure communis recipere, quia in quantum fieri po- B
 est, statuta debent interpretari & declarari etiam per im-
 propriationem, ut conformetur secundum ius commune,
 non c. cum dilectus. de consue. & in l. si servi. C. de noxal.
 Præterea, quia tempus sex mensium hic præfixum, non
 datur ad aliud, nisi ad eum eandum aduersarium possessorum
 iudicium. Si ergo ultima die sex mensium vocaretur, satis-
 ficium esset regulæ. l. quicquid. §. fina. & l. hoc iure. & l. si
 stipulatus esset. ff. de verb. oblig. & l. si necessarias. §. si an-
 nus. ff. de pigno. act. & c. commissa. de elec. lib. 6. Secun-
 dum terminus hic assignatus, qui est annus, datur im-
 petuus ad prosequendū & terminādum causam. Si igitur
 secundum tempus dilationis non incepimus à fine pri-
 matiannis sex mensium, oportebit alterum de duobus C
 haberi, aut, quod sex menses dentur promiscue ad citandum
 ad prosequendum, cuius contrarium adpareret. Cum non potest
 quis videri adstrictus dilationi, nisi in eo quod est in ipsa
 expressum, vel quod est absurdius, sex menses ad finiendū
 tantum causam videretur cōcedi, cum primæ dilationi alio-
 num sex mensium in ultimo ipius momento satisficeri potue-
 ri. Cuius contrarium cauetur hic in regula. igitur. &c.
 Præterea, quando à iure communis disceditur, debet quā-
 si fieri possit, ne logius sit discessus. c. causam, de rescript.
 Quod præsertim locum habet in hac regula, quæ maximè
 debet à iure communis, ut patet: quia de iure communis ne
 ito compellitur inuitus agere: ut in rubrica, ut nemo inui-
 tus per totum. Item, quia ex leui omissione gratiam, quæ

RR iii



D e iure debet esse mensurata, vt in c. decet. de regulis ac
libr. 6. dedit ad non esse. Item, quia instantia, que de iure
comuni est perpetua, c. fi. de iudic. reducit ad annū. Ita
quia imponit necessitatē exprimendi ea, quā de iure com
muni exprimere non oportet, iuxta not. in clem. si digna
tem. per glo. de præben. & in c. si motu proprio. eo de fin
lib. 6. Item, quia à iure canonico secundum quod instantia
est perpetua, tantò magis discedimus, quantò instantia
breuiorem & angustiorē reddimus. Nam breuitas est op
posita longitudini, & perpetuitas temporalitati. In huc
tur dubietate interpretabimur istam regulam de anno
tius, quā de lex mēsibus, vbi angustior esset meta, &
consequens maior à iure recessus. & sic, vt hoc absurdum.

Præterea, ius canonicum primæ instantia nullum paf
git terminum, lex verò ciuilis præfixit triennium in paf
instantia, intra quem existimat commode causam diffi
posse: in secunda verò instantia vtrunque ius concordia
quia dant annum, nec infra minus tempus cōmodo possit
diffiniri. c. ex oratione de appell. Tunc arguo sic, & am
xi. Vbi lex canonica de instantia certa meta præscribit
cogitauit in causa, scil: cest appellationis, vbi causa vera
instructa, cognita, & ventilata, & partium assertione plus
discussa, non existimauit infra minus tempus, quā in
causam posse cognosci & terminari, vt traditur in d. cap.
& in d. l. properandum. Non estigitur credendum paf
F ptem, qui cum tanta discussione & maturitate istam
iam edidit, voluisse minorē metā adponere primæ instan
tia, vbi res nouiter rudi, & vt ita dixerim, indigesta
ria, & nō cognita. nec discussa, ad iudicium deducere, al
stringendo impetrantem quodammodo ad impossibile
quod est legi contrariū. in c. erit autem. 4. distinc. l. i. q.
autem. vbi Bal. ff. de orig. iur. Lap. alleg. 101. Præseruum
principē non latebat, ius ciuile existimasse opus effec
tiō. Comprobatur hoc, quia non dicitur intra dilatatio
nē fieri posse, quod commode fieri nequit. Et ideo præsum
endum est, principem eius intentionis fuisse, nolle dilata
nē taliter dare, vt cōmodè causa explicari nequeat
talis præsumitur intentio & mens principis in dubio pro
lis legis, vt not. in l. vniuersa. C. de preci. imp. offer. & m
d 100

regulis in
a, que de re
ad annū. In
de iure con
em. si dign
io. eodem
uo d' instan
eo instantia
euitas elop
ati. In huc
de anno
meta, & p
oc absur
nsum.
nullum pri
um in pris
usam defini
s concord
mo de pe
sic, & am
præscriben
causa ven
tatione p
, quam au
air in d. cap
dūm p
e istam
prime in
digesta mo
ducitur, ut
impossib
in c. l. s
a referim
pus esse m
a dilatio
co præsum
olle dilat
nequeant
dubio, p
offer, & ill
denuo.

et constitu. lib. 6. & in cap. si quando. & cap. ad hæc. de re. A
cript. facit pro hoc text. in dicto cap. cupientes. in princ
no. & §. ceterum. in versi. postquam commodè. & ibi not.
Domi. nam dilatio commensurari debet secundū onus
gendorū ad iudicium finiendum, secundū commodum
impetrantis. l. si ita relatum. §. penult. ff. de leg. 2. l. in fidei
omissi. §. fed cū Polidius. ff. de vſur.
Postremo, quia ista regula loquitur de causa finienda,
causa non dicitur ante citationē. l. causas. C. de trāfact.
in dem. causam. de electio. & in cap. ex parte. de verbo
signific. Ergo instantia anni post citationem incipiet.
videtur hoc per text. in l. fin. §. si autem. C. de iure deli
berand. Vbi cum lex præscribit terminū hæredi, à mor
testatoris, supplexit, & aditæ hereditatis, & sic longius. B
nam non posset antea præscribi hæredi. Et hoc exp̄lē
iam notat Domi. in dicto ca. cupientes. in princip. in ver
bal. peccuti, & in versicul. prosecuturi. Quæ omnia cùm
in calo nostro concurrant, concludēdum est, annum præ
dictum non à tempore impetrationis, sed citationis nume
rū debere. Quod videtur tenere Bal. in l. prima. in secun
dū column. ff. si quis cautio. Et vt tollatur omnis dubitatio,
posita opin. videtur hic text. clarus, si ponderetur, nam
dūcitur hic, & infra sex menses ipsum possessorem ad iudi
cū euocati facere, causāmque ex tunc desuper infra an
num, &c. pondera dictionem Extunc, quæ ponit extre
num, à quo incipere debet annus, iuxta l. 4. ff. de condi. &
de mort. Putarem rāmen, quod si possessor ante sex men. C
les crevit, non debet impetrans expectare totum tempus
in annum, sed statim facta citatione incipiet annus ad
finiendam causam, iuxta not. per glo. in ver. commodè. in
cupientes. de elect. lib. 6. quam ibi not. Doct.

QVAESTIO SEXAGESIMA NONA.

Q VAE R O, nunquid impetrans mortuo possesso rā
pus esse m
a dilatio
co præsum
olle dilat
nequeant
dubio, p
offer, & ill
denuo.

tiam infra cundem annum contra successorem in
beneficio: an verò debeat habere alium annum ad prose
quendū causam cum successore?

SOLV T I O. Dicendum videtur impetrantem ad prose
quendū causam contra successorem usque ad sententiā te
nenā, alias cessionarius poterit de regula excipere, quia ista

RR. iiiij



Dregula est realis, & ad quem transit beneficium, transceptio regulæ. Nam isto casu persona prædecessoris & successoris reputatur eadem. Sicut ergo cum prædecessore neretur impetrans terminari facere causam infra annita cum isto successore, ad quem transit beneficium affatum & litigiosum.

Suadetur ista opinio, quia ista regula nō dicit, quod in petrans habeat sententiam cōtra illum, qui possideret sed cit indistincte & absolute, quod causam usque ad sententiam diffinitiuam inclusuē prosequi teneatur, & si regula loquitur impersonaliter. Itaque mors rei, vel renatus nihil impedit, quominus impetrans hoc facere posse, extra l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudic. Maxime quia regula ista cōcernit publicam utilitatem, ut patet, ut improbiliates exquirant motus reprimatur. Et illa adstringit impetrantē, ut causam terminari faciat infra num, & hoc factum est ad effectum, ne impetrantes fide sint ad imperandum, nisi causam iustum, & claram, & credibilem viderint, quæ sine magna discussione terminari leat, iuxta l. continuus. §. cūm ita. de verb. oblig. Et quia regula dat formam, ut dictum est in alia questione, debet impleri in forma specifica: cap. cūm dilecta. de rescripta cap. cui de non sacerdotali. de præbend. lib. 6.

Breuiiter istis non obstan. Rota conclusit contrarium vna Isclana coram d. Iacobo Simonetta, ut refert d. Guliel. hic. Ratio decisionis fuit, quia regula ista non loquitur si de possesso conuento & contra illum, quem citata regula vult, quod impetrans prosequi causam teneatur usque ad sententiam. de subrogato vero, seu cessionario, regula dicit: ergo in eo regula non habebit locū. Li sent. §. non dicit prætor. ff. de acquirend. hæred. Sed licet opin. sit Rotæ, mihi tamē magis placet præcedens opinio nō solū ex motuī d. Guliel. sed ex vna alia ratione, ex quo beneficium cessum trāsit litigiosum, intercessores sequuntur, quod impetrans causam incep̄ta contra prædecessorem, cum eo prosequatur, ne ex sua malitia commodi sequatur, contra ca. eum, qui. de præbend. lib. 6. Sed quando impetrans ante finē anni cessit in alium, quod ille cessionarius nō teneatur regulam seruare, tenet Rota, ut refert d. Guliel. qui videatur, quia isto casu cessat fras.

QVAESTIO SEPTVAGESIMA.

A

VAE R O, an regula ista obsteret subrogationi gratiosè
imperatæ per tertium propter mortem vnius ex
duobus litigantibus, post cuius obitum alter col-
ligans, qui subrogationem tertij ignorabat decreto pro-
cessu super audientiam contradictarum cōtra omne inter-
ele putantes obtinuit sententiam, vigore cuius postea
possedit per annum, & nunc dat de regula contra subrogationem
venientem ad causam?

SOLVTIO. Hodie, quæ est 26. Nouemb. M.D. XXXV. CO
muni do. Siluestro in vna Abulen. parochialis contigit iste
casus, & diuisa fuerunt vota. Nam vna pars dicebat, quod
hoc collitigans superstes ignoraret subrogationem, tamē
illa erat in causa, quod lis durabat, quia subrogatus subin- B
trabat in locum collitigatis mortui, & vigore dictæ subro-
gationis eadem lis videbatur continuari, & in ea sustineri:
ego quo ad hoc nihil intererat, quod collitigas superstes
subrogationem ignorauerit. Et ideo durante dicta lite no-
tiorat alter collitigas pacificè possidere, quia lis viuebat
ubac in personam subrogati, iuxta decis. Egid. §45. & Gu-
lid. in decis. i. vt lit. pend. nec sententia contra interesse pu-
tantes poterat pacificam possessionem producere: quia il-
lalon præjudicabat subrogato, nec etiam illa citatio con-
tra interesse putantes arctabat ipsum subrogatum, iuxta deci-
sio. 18. de dolo & contu. in no. sic dicebant aliqui ex Do-
minis. Præterea, quia ista regula requirit annum possessio-
nis præcedere impetratōem, vt patet in text. ergo pos- C
silio posterior annalis non nocet impetratiōi anteriori.

Alia pars Dominorum tenebat cōtrarium, ista ratione,
qua quo ad ipsum litigantem superstitem lis per sententiam
tam contra interesse putantes executioni mandata finita
fuerat: nam mortuo collitigate alter collitigans superstes
sequutus fuit viā juris, videlicet decerni faciendo proces-
sum cōtra interesse putant. docto prius de morte collitigā-
tis, vt est communis stylus: & illa via iuris sibi non nocere, sed
prodeſſe debet. & licet in locū præmortui fuerit alius sub-
rogatus, illa subrogatio ignorata non nocet, donec ipsi li-
gitati præcedēte citatione ad dicēdū contrā, intimata fue-
rit. Si vero interim habet sententiā, quæ executioni māda-
ta fuit, cuius vigore per annum postea pacificè possedit, non

RR v



D potest dici non esse pacificus, propter illam subrogationem, cùm lis (vt dictum est) finita fuerit per sententiam, iuxta de-
cis. nostrā vulgarem. 10. in titu. vt lit. pen. in no. Et ita si
dubio remansit Rota. Mihi tamen magis placet prima op-
qua stante non obstant secunda motuua. Primum non en-
verum stante subrogato in iure, & lite: quia nō potest di-
lis finita. Et licet possessori annali non noceat subrogatio
sibi non intimata, minūs debet nocere ipsi subrogato, cu-
non est præfixum à lege, vel ab homine aliquo d'epusal
intimandū, & ius suum semper durat, & potest deducere
die, quia lis non est finita, quo ad ipsum. Et certe casu iste
E est disputabilis. Et hodie, quae est 5. Iulij. M. D. XXXIX. in
rum in vna Salamatina canonicatus, & præben. sicut in Ro-
ta propositus per R. P. D. Pet. Vortium, casus omnino simi-
lis illi, de causa Abulen. & tandem Domini cœluserunt dictu-
die 5. & 20. eiusdem mensis Iunij, post plures informa-
nes & propositiones, q̄ subrogato in forma gratiosa se
obstaret ista regula, ex eo, quia statim talis subrogatio se-
intrabat in locum mortui litigantis, per quā videbatur
in eo statu manuteneri: & sic possessio annalis nō poterat
esse pacifica stāte subrogatiōe gratiosa. Secus verò, si sub-
rogatio gratiosa non fuisse, sed mandatū de subrogido
Enā tali casu si illud mandatū Auditori non præsentetur, &
in effectu subroget, non dicetur impedire istā reg. & idem
est in eo, cui cōcessum fuit, quod literas expedire posset
vīm gratiosā subrogationis. Nā si antequā expedit, cōd
in aliū ius suum post annum, ille resignatarius possellat
ras expedire sub eadem data, & sufficit, & itabit illi resig-
natio ista regula. Quod est verum, quando resignatum
expedierit literas ante sententiā executioni mādatam. So-
eus, si pōst, quia tunc obstabit regula, prout in dicto casu
contigit, vbi Ludouicus de Torres, se in locum cuiusdam
Ioan. Lopez se subrogauit cum clausula. Et q̄ literas in for-
ma gratiosa expediti possent: & antequā Garzias Rodeti
ci superstes collirigāt sententiā contra interesse putares
obtineret d. Ludouicus solam supplicationē subrogant
actis produxit per assertū procuratorem, deinde Garzias
obtinuit sententiā contra interesse putan. & possessionem
cōtinuavit per annū pacificè d. Ludouicus, postea ius hī
literis nō expeditis, in fauorem Francisci celsit, & ille ca-

litteris non confessis, etiam in fauorem Andreæ Lopez, & A
ndreas in fauorem Alphonsi Diaz, qui postea literas no
nices dicti Ludouici primi cedentis sub eadem data expe
diuit in forma gratioſe subrogationis, & venit ad causam
contra dictum Garziam, qui habuerat sententiam contra
interesse putan. & eius executionem. Tādem Rota in illo
discurſu quæſt. voluit dicto tēpore, & iterum de hoc men
te Decēbri m. d. x x x i x. quōd dicto subrogato obſtaret
regula, non obſtan. bulla subrogationis, in forma gratioſa
subrogationis sub data prime ſupplicationis Ludoui. ex
pedita, & nouiter producta: ex quo Ludouicus primus
subrogatus, qui ſciebat, vel ſcire präſumebat litem inter
d. Garzian, & d. Io. Lopez defunctū, debuit mentē ſuam
declarare, nū quid subrogatione gratioſa vti vellet, ex quo B
ſupplicatio illi facultatem dabat expediendi litteras, ſi vel
letrande ex quo hoc non declarauit, ſed litteris non confe
ſis renuntiauit, in fauorem dicti Frācisci de Gumiell, & ille
in alium, & aliis in alium, ille ultimus tardē venerat post
ſententiam executioni mā data, & ideo declarare per ex
peditionē bullæ mentē d. Ludouici non poterat, qui iam
per ceſſationē reputabatur mortuus. Et eodem modo de
hoc mense Decemb. m. d. x x x i x. tenuit Rota in vna Ge
nudē, beneficij de Pineda, ubi voluit, quōd Archangelus
in quem antiquus Piquer cefserat, lite pendente, inter di
ctum Antiquum, & ipsum Archangelum, & quendā alium
Viditiū Augno excipere de iſta regula poſlet, ſi poſt ceſſionem
per anni pacificē poſſedit, non obſtante, quōd lis C
non fuerit extincta in ceſſione, quam fecit d. Antiquus a
utor, quo ad Baldirium: quia ſuficit, quōd inter Archange
lum, & Baldirium non eſſet iurisdictio, neq; lis licet inter
Antiquum auctorem, Archangelum, & Baldirium lis eſſet,
ex quo Antiquus ambos citari fecerat iuxta vulg. decis. de
reſcip. in no. Et hoc procedit, etiam ſi Archangelus fuſſet
gratioſe subrogatus, dāmodo litteras non expediret: quia
tunc ſecus propter decis. d. Guliel. primam, vt lite penden.
Nam per expeditionem literarū viderur mētem ſuam de
clarare, & vti velle subrogatione gratioſa, quæ ſtatim ha
bet effectū: ſed ante expeditionē non poſt cōſtare de e
ius mēte, cum poſlet nō vti subrogatiōe, ſed forte gratia,
ſi neutrī: quia omnes iſte viæ in ſupplicatione cōcedūtur.

L V D O V I C . G O M E S I N R E G .

D Q V A E S T I O S E P T V A G E S I M A P R I M A .

V A E R O , an impetranti impedito currant tempora
istius regulæ?

S O L V T I O . Si impedimentum iustum est, tem-
pora non currere nemo dubitat. l. i. in fin. C. de anna que
illud tēpus impedimenti de medio subducitur, & reliquum
tempus computabitur, vt in c. audit. c. cum nobis. & c. de
quarta. de præscri. & ita est communis opin. vt attestatur
Ias. in §. rursum. col. 15. & 16. instit. de actio. Et hoc putare
verum, nisi hoc impedimentum actor per prorogationem
temporis tollere poterat: quia (vt quotidie experimur) pa-
pa nunquam solet prorogationē istius regulæ denegare
vbi vero impetrans prorogationē habere non potuit, pa-
dicta procedent. super quo videndum est late per Modicū
tract. præscrip. in prima parte. 6. partis princi. versi. vigi-
musscundus casus. vbi longo verborum apparatu omnia
impedimentorum genera prosequuntur. que non attingit
hic recensere, breuitati studens. Sed nunquid salem imp-
trans protestari debuit, quod per ipsum non stetit causam
suam prolequi infra annum hic designatum, dicetur infor-
mius in alia quæstione, & dicam etiam latius de hoc in re
gula de trienali, in §7. quæst. nam utrobique casus acci-
d. Aragona de mense Octob. M. d. x x x i i i . concludit, ne
pora feriarum non subduci, sed in tempore dato compari
debere. Pro cuius decisio. inter cætera est text. in l. s. l.
fi per pretorem. §. si feria. ff ex quibus cauf. maior. vbi
assignat ratione huius decis. quia prospicere debuit admo-
ne in huiusmodi ferias incideret. Et hoc de plano proponit
in feriis solennibus & ordinariis. Secus vero esse in feriis
repentinis, quia illas actor præuidere non potuit. Exponit
ptere à in illis cessat ratio. d. §. si feria. Hinc est, q. terminus
datus per legem ad accusandum, vel agendum, dictum
dubio peremptorius, etiamsi non dicatur. Ratio pollici-
ligi ex prædictis, quia est quid imputandum actor, qua
priusquam ageret, non prospexit omnia, argum. l. quoniam

Q V A E S T I O S E P T V A G E S I M A S E C U N D A .

V A E R O , an quando subducuntur tempora impe-
tranti, computentur dies feriati, quibus impetrant
agere non potuit?

F S O L V T I O . Rota in causa Hispalen. Scholastrix com-
p. Aragona de mense Octob. M. d. x x x i i i . concludit, ne
pora feriarum non subduci, sed in tempore dato compari
debere. Pro cuius decisio. inter cætera est text. in l. s. l.
fi per pretorem. §. si feria. ff ex quibus cauf. maior. vbi
assignat ratione huius decis. quia prospicere debuit admo-
ne in huiusmodi ferias incideret. Et hoc de plano proponit
in feriis solennibus & ordinariis. Secus vero esse in feriis
repentinis, quia illas actor præuidere non potuit. Exponit
ptere à in illis cessat ratio. d. §. si feria. Hinc est, q. terminus
datus per legem ad accusandum, vel agendum, dictum
dubio peremptorius, etiamsi non dicatur. Ratio pollici-
ligi ex prædictis, quia est quid imputandum actor, qua
priusquam ageret, non prospexit omnia, argum. l. quoniam

zio, ff. de regu. iur. Sed si terminus ad prosequendam cau- A
sum, vel audiendam sententiam, vel similia, præfigeretur à
jude, qui hoc pars prospicere nō poterat, cùm non de-
pendet ex facto proprio, sed præter spem accidit, vt dici
sit L. si quando. de dilat. & runc terminus non præsumi-
tur peremptorius. Ita dicit Saly c. in l. si ea. col. pen. C. qui ac-
c. sequitur Felyn. in e. causam quæ. in 2. col. de rescript.

QVAESTIO SEPTVAGESIMA TERTIA.

V A E R O , nunquid in anno istius regulæ ad prose-
quendum causam computentur dies feriati, an verò
tantum viles?

SOLVITIO. In isto articulo pugnat æquitas non scripta
cum iure scripto. Quia licet videatur æquum & rationabi-
le, quod tempus istius anni utileiter computari deberet, id
est, ex illis diebus, quibus qui viles sunt ad agendum & B
prosequendum causam, ea ratione, quia dies feriati inuti-
les & prohibiti sunt ad iudicia pertractanda: nihilominus iu-
ta contrarium voluerunt. Nam lex voluit, qd quādo aliqua
dispositio simpliciter de tempore mentionem facit, debet
intelligi de continuo. Ista glos. ordi. quæ ad hoc solet com-
munit allegari in rubrica ff. de diuer. & temp. præscript.
quam sequitur Abb. in c. f. de elec. & in c. ad apostolicam.
ipenul. col. de reg. vbi per hoc dicit, quod annus profes-
sions, de quo ille tex. loquitur, de continuo, & non inter-
pollato intelligi debet. Pro quo alleg. Bartolum in l. inter-
dum §. quoties. de publican. cum multis concor. vt in pro-
posito scribit Lap. alleg. 47. qui plura iura adducit, & idem
quod Abb. in d. c. ad apostolicam. concludit etiam Ias. in l. C
contra maiores. in 2. col. C. de inoffic. testam.

E hoc maximè procedit, vbi odium consideratur, prout
hic quia tali casu, vt dicit Bal. in l. non solum. in prin. ff. de
excus. tut. in odioso præiudicium tempus debet esse conti-
nuum. & hoc conueniens videtur in casu istius regulæ, vt
impetrantes ab huiusmo di litibus citius se expediant. Pro
qua opinione quamplura Doctorum dicta congerit And.
Sicul. in consi. incip. clementissimi Dei. positum inter con-
silia Alexan. in 4. volum. eius consi. vltimo. col. 1.

Sed vt multa, quæ hincinde dici possent, sub breuitatis
compendio concordentur, in ita materia possunt notab.
casus omnes distingui, ex his, quæ dicit Bal. in consi. 71. in-

Dic平. quando tempus. in 3 volum. videlicet, quod tempus catur continuum, quo ad ea, quae sine iudice pro tribunali sedente fieri possunt: sed quo ad ea, quae sine iudice fieri non possunt, tempus dicitur utile. Quam quidem distinctionem Baldibidem per bona iura probat. Pro quibus videlicet sunt etiam quae scribit idem Bald. in I. Aemilius. coll. de minor. & in l. veteranis. C. quando prouoc. non efficiet. Sic itaque circa primam & secundam partem istius regulæ tempus erit continuum: quia ad iudicem pro tribunali sedentem tempora illa non pertinent, & ideo in dictis temporibus sex mensium ad citandum possessorum, & in annos ad prosequendum causam præfixo, dies feriati & non feriati computabuntur. Sed circa tertiam partem regulæ tempus dicitur utile, quia per partem constat. Pro quibus faciunt ea, quae dixi in §. rursus. num. 32. de actione.

QVÆSTIO SEPTVAGESIMA QVARTA.

QUÆSTIO, nunquid impetrans excusat à pena, & qua in ultima parte istius regulæ, si terminos omnes in petitorio non seruavit, usque ad commissiōnem possessorij per partem aduersam factam, sed sufficiat post dictam commissionem, ante tamen suspensionem petitorij reliquos terminos seruare?

SOLVTIO. Hæc quæstio in Rota per plures dies procuratorum & aduocatorum informationibus coram Nicolao Aragona in causa Hispanæ. Scholastrie vendita fuit, tandem hodie 20. Octob. M. D. XXXIII. decisa fuit. In qua omnes Domini, duabus exceptis, in dicta causa concluserunt, quod sufficit tempore suspensionis petitorij trans omnes terminos super petitorio (cuius processus non requirit ista reg. vi) dictum fuit superiorius in alia causa seruare: quia tunc clare adparebit per eum non stetisse, quod minus causam usque ad sententiâ infra annum prosequitur. Ratio istius decis. fuit: quia licet ante commissiōnem causæ possessorij termini omnes seruati non fuerint, sed aliqui, ille defectus post dictam commissionem, immodo ante petitorij suspensionē suppleri potest: quia illa possessorij commissio ante petitorij suspensionē audiens jurisdictionem super petitorio non auferebat, & ideo impedire non poterat impetrantem, quod minus reliqui terminos postea seruare posset, cum auditores in postea

g.
d tempus &
pro tribunali
e judice fuc
de distinctio
uibus videt
illius collat
c. non est ac
em istius reg
pro tribunali
in dictu*st*
in anno
ati & non h
artem regul
Pro quin
ction.
ARTA
r à p*re*z,
terminos i
te ad comm
am, sed suff
en suspens
res dies pro
s coram
trie vendit
decisa sua n
a causa con
etitorij imp
s protestatio
n alia e. le
tatis, qu
n protestatio
te communi
non fuerit
onem, dum
est: quis ill
nē audire
& ideo m
us religios
es in p*ro*
quod

q*uando ordinarij dicantur, iuxta not.in clem.auditor.de A*
script. ut dixi latè in cap.i.eodem titu.libr.6. Donec igi
ut aut per commissionem expressè, aut per partem peti
torum suspendatur, acta facta super petitorio, valent:
qua runc videtur pars vti commissione possessorij, quan
to petitorum suspendit: argument.not.in ca.ut debitus.
& appellatio.

QUÆSTIO SEPTVAGESIMA QVINTA.

